



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



**E**X BIBLIOTHECIS GUDBRANDRI  
VIGFUSSON et FRIDERICI YORK POWELL  
olim alumni, partim ab hoc legatis, partim  
emptis, a. MCMIV.

B 1 9 25







1  
Gudr. Vigfusson  
1860

---



# LEXICON POËTICUM

ANTIQUÆ

# LINGUÆ SEPTENTRIONALIS.

CONSCRIPSIT

SVEINBJÖRN EGILSSON.

EDIDIT

SOCIETAS REGIA

ANTIQUARIORUM SEPTENTRIONALIUM.

HAFNLÆ.

TYPIS J. D. QVIST & COMP.

MDCCLX.





## PRÆFATIO.

**A**BSOLUTO hoc opere, et astante tempore, quo hicce liber ex omni parte instructus in publicum prodire debeat, non mirandum est, nos, quorum munus factum est eundem librum hac præfatiuncula orbi literato quasi ante oculos sistere, in utramque partem commoveri. Gaudemus, quum sciamus, in hoc libro præstantissimum, quod in hoc quidem literarum genere hucusque prodiit, opus perfectum esse; dolemus, quod ipsi egregio auctori non concessum est opus suum, tantæ curæ, tantæ industriæ, tanti indefessi laboris fructum, in publicum proferre, et quæ necessaria erant monere. Timemus, amicitiam nostram et pietatem in hoc casu quæ necessaria sunt suppeditare non posse. Sed quamvis omnia nobis maxime exoptata non contigerint, satis obtinuimus in ipso opere, ut confidamus hoc ipsum nomen suum et auctoris sui alte tollere posse, et harum literarum cultoribus persuadere, nomen auctoris præstantissimi dignum esse, quod honore et grato animo celebretur.

Speramus non ingratum fore benevolo lectori, aliquid de ortu et vita auctoris cognoscere, pro certo habentes, hunc librum non raro in manus eorum venturum, qui ne nomen quidem auctoris antea audiverint, et tamen aliquid accuratius de eodem cognoscere desideraverint. Natus est igitur **SVEINBJÖRN EGILSSON** in villa rurali Njarðvík interiori, in toparchia Gullbringa dicta, in Islandia meridionali, fere quinque milliaria ab emporio insulæ principali, **Reykjavík**, distante. Dies natalis fuit festum Mathiæ apostoli, vi. calend. Mart. (24. Febr.) 1791. Parentes Egill Sveinbjarnarson et Guðrún Oddsdóttir, qui, quamquam genere populari orti, tamen non minus animi dotibus quam facultatibus inter primarios sui ordinis numerabantur. Filius decem annos natus curante patre in domum Magni Stephensen, iudicis primarii in tribunali superiore, exceptus est (1801), quem nutricium, eodem anno patre orbatus, postea semper ut patrem coluit et dilexit. Magnus Stephensen, hoc tempore et opibus pollens et literarum favore semper ardens, puero ingenioso præceptores dedit, et postquam per aliquot annos literis, quæ in scholis tradi solent, operam dederat, a celeberrimo Arnio Helgii (**Árni Helgason**), tum pastore, postea officiali et episcopo titulari in Islandia, cum testimonio scholastico dimissus fuit (1810).

Sopito bello, quod hoc tempore per totam Europam flagravit, anno 1814 iv. id. Septembr. (10. Septbr.) tandem Islandiam reliquit, universitatem Hafniensem petens, ubi ineunte anno sequenti iii. id. Januar. (11. Januar 1815) civium academicorum numero adscriptus est, examine Artium cum egregio successu emenso. Eodem anno examini philologico-philosophico se subjecit, et inde Laudabilis et publico encomio ornatus discessit. Anno 1819, die iii. id. Januar. (11. Januar) examen theologicum subiit, et Laudabilis iudicatus est.

Accidit hoc tempore, quod unus ex præceptoribus scholæ Bessastadensis infortunato casu in itinere Hafniam petens undis submersus fuerat, quo facto ejus locus per integrum annum vel plus vacuus relictus est. Hoc munus sibi elegit Sveinbjörn Egilsson, et literas vocationis vi. cal. Aprilis (27. Martii) 1819 accepit. Eodem anno patriam revisit, et deinde collega Scholæ Bessastadensis fuit, usque dum jussu regio, schola Reykjavikam translata, eidem rector præpositus est v. cal. Maj. (27. April) 1846. Per quinque annos scholæ præfuit, donec a calend. Juliis 1851 otium quærens officium deposuit, et gratia regis dispensationem cum annua pecunia obtinuit (15. Juni 1851). Posthac solis literis vixit; sed spes nostra, eum hoc modo diu inter nos victurum, vana fuit, quum morbus, primo aspectu levis et parvi momenti, postea gravis et perniciosus, corpus subegit et vitæ finem fecit die xvi. cal. Septembr. (17. August) 1852. Uxorem reliquit Helgam Benedicti Gröndal († 1855) et novem liberos.

Opera literaria, quæ Sveinbjörno Egilssonio debemus, satis accurate enumerata sunt in Lexico bibliographico Erslevii (Th. H. Erslew Forfatter-Lexicon et ejusd. Supplementum 1, 400-402), et in vita ejus, a Jona Arnasonio (Jón Árnason), viro doctissimo et Egilssonio intima familiaritate juncto, scripta, quæ editioni scriptorum Egilssonii<sup>1</sup> tom. II, effigie ejus quoque illustrata, præmissa est, ad quos igitur libros lectorem ablegamus. Unum tamen eorum genus est, quod ad linguam et antiquitates septentrionales pertinet, de quo nobis breviter disserendum esse videtur.

Omnes, qui de literis Islandicis, et imprimis de studio literario Islandorum, aliquid notitiæ habent, bene sciunt, has literas in Islandia tam domesticas esse et consuetas, ut proprie dici possit neminem Islandum esse, si de literis aliquid gustaverit, quin libros veteres, Sagas et Eddas, in tantum vel in totum legerit, de poësi septentrionali, ejus legibus metricis et speciali indole aliquid comprehenderit, vel qui vigorem ejus et mirabilem quandam

<sup>1</sup> Rit Sveinbjarnar Egilssonar, Rektors og Dr. Theologiæ. — Reykjav. 1855—1856. 1—3, Sve., quæ editio non absoluta est.

intensitatem non senserit. Quod maxime de Sveinbjörno Egilssonio accedit, qui non solum ingenium habuit ad omne genus literarum promptum et alacre, sed et gustum ad omnem elegantiam sermonis proum, venamque poëticam lepidissimam cum sale, ad facetias præsertim nutantem. Postquam dimissus fuit, et ei per aliquot annos (1810—1814) in domo nutricii, eximiis quibusque in his literis subsidiis fulto, literas colere contigit, prima harum scientiarum documenta dedit, quum aliquot versus hujus generis partim composuit partim interpretatus est. Hafniæ primum inter fundatores Societatis Literariæ Islandicæ fuit (1816); deinde eodem anno inter socios cum tribus aliis electus est ad parandam editionem Historiæ Sturlungorum (*Sturlunga saga*. Kh. 1817—1819. 1—II. 4to). Absoluto examine theologico 1819 non pauca antiquitatis monumenta ex codicibus exscripsit<sup>1</sup>, quæ deinde Islandiam secum transportauit. Quum Islandiam ventum est, in schola Bessastadensi nactus est collegam et studiorum suorum acrem cultorem atque instigatorem, Dr. Hallgrimum Scheving, qui jam tum per plures annos ad Lexicon linguæ Islandicæ multa collegerat. Non igitur mirandum, hos duos non solum inter discipulos suos amorem harum literarum non parum excitasse, sed etiam studia ejus generis operibus suis multis modis promouisse. Et feliciter accidit, quod eodem tempore ardor antea ignotus ad hoc literarum genus cognoscendum per totam Septentrionem et Germaniam increuit, qui ad hunc usque diem duravit, et ut speramus magis magisque fructus abunde feret.

In hoc scientiarum genere nova epocha orta est anno 1825, quum die v. cal. Febr. (28. Januar) Societas nostra fundata est. Amici Egilssonii, qui hujus Societatis prima fundamenta jecerunt, amico suo, in Islandia moranti, loci se digni in fundanda Societate antiquariorum septentrionalium occupandi occasionem præbere desiderarunt, quare eum jam 1824 collegam sibi in edendo programmate, deinde in dirigendis rebus literariis Societatis elegerunt, quod postea ad mortem usque semper fuit. Ille etiam opera a Societate edita quodammodo primitiis suis inaugurauit; composuit enim Odam ad regem Fredericum Sextum et reginam Mariam, volumini primo horum Scriptorum præmissam, et textus Historiæ Olai Tryggvii filii ex ejus exscripto impressus est (*Fornmanna sögur* vol. 1—III). Præterea in hac collectione Islandice dedit, quas Undalinus olim Danice verterat, Historias Hakonis Sverreris filii, Guttormi Sigurdi filii et Ingii Bardi filii (*Fornm. s. 1x*, 57—213), quarum textus ut videtur jamdum perierat. In volumine ultimo hujus collectionis historicæ scripsit: a) Chronologiam regum Noruegiæ (861—1263); b) Chronologiam regum Daniæ (842—1259); c) Annales

<sup>1</sup> enumerata a Jona Arnasonio in Vita S. Eg.; vide *Bit Sveinb. Egilss.* II, præfat. p. XLVIII.

rerum maxime memorabilium in terris septentrionalibus per annos 851—1273;  
 d) Carmina in ordinem prosaicum redacta per Fornmanna sögur vol. I—XI;  
 e) Indicem rerum; f) Glossarium cum explicatione vocum rariorum.

In collectionis Danicæ (Oldnordiske Sagaer) volumine ultimo impressa est interpretatio Danica chronologiæ et Annalium mox allatorum (XII, 1—24).

Collectio Latina, XII voluminibus constans, et sub titulo „Scripta historica Islandorum” edita, non solum continet Latinam interpretationem historiarum, in „Fornmanna sögur” Islandice editarum, a Sveinbjörno Egilssonio fere solo elaboratam, sed et commentarios in carmina ibi occurrentia, præfationes, excursus varios, et plura. Inter hæc præcipua sunt:

In vol. III.: a) Excursus de poëta Hallarsteine, cum ejus poëmate *Rekstefja* et commentario (pag. 224—276); b) Chronologia ann. 961—1048 (pag. 277—280); c) tabulæ genealogicæ decem.

In vol. V.: Chronologia 995—1066 (pag. 350—357).

In vol. VII.: a) Chronologia a Magno Bono ad Sverrerem (pag. 352—360); b) tabulæ genealogicæ sex.

In vol. X.: a) Chronologia ann. 1151—1273; b) *Arnmæðlinga tal* (p. 444—447); c) tabulæ genealogicæ tres.

In vol. XI.: a) Chronologia historiæ Knutidarum 842—1184 (pag. 401—405); b) Chronologia historiæ Olavi Tryggvii filii 851—1000 (pag. 406—417); c) tabulæ genealogicæ duæ.

In libro studio et opera C. C. Rafn a Societate nostra edito, qui „*Antiquitates Americanæ*” inscribitur (Hafn. 1837), interpretationes Latinæ et commentarii in versus, ex maxima parte ab Egilssonio elaborati sunt.

Eodem modo ex maxima parte Latinas interpretationes et explicationes versuum scripsit in opere a C. C. Rafn edito, quod inscribitur „*Antiquités Russes*” (Copenh. 1850—52).

Explicationes versuum in *Historia Gislii Surrsonii* occurrentium, auctore Egilssonio, editæ sunt a Societate Literaria Septentrionali (Nordiske Literatur-Samfund) in collectione quæ dicitur „*Nordiske Oldskrifter*” fasc. VIII (1849) et XV (1852). Tales explicationes versuum, partim Islandice partim Danice ab Egilssonio conscriptæ, in plures Sagas Islandicas habemus, quæ tamen maxima ex parte adhuc ineditæ sunt, v. c.: a) in *Kormakssaga* Danice (*Ant. Tidsskr.* 1846—1848, p. 40); b) in *Gunnlaugssaga*; c) *Heiðarviga saga*; d) *Droplaugarsona saga*; e) *Njáls saga*; f) *Egilssaga* (edit. Reykjav. 1856, p. 257—270); g) *Eyrbyggja saga*; h) *Bjarnar saga Hitdælakappa*; i) *Grettis saga*; k) *Fóstbræðra saga*, de Thormodo Kolbrúnarskáld et Thorgeire.

Programmata scholæ Bessastadensis et Reykjavicensis, quorum non pauca ab Egilssonio edita sunt, carmina quædam antiqua non alias edita

continent, quæ sunt: a) carmen Ólafs drápa, de Olavo Tryggvii filio Norvegiæ rege compositum, et in unico codice Hallfredo poëtæ attributum (1832); b) Fragmentum carminis Placidusdrápa, de Sancto Placido et Theopista (1833); c) quatuor carmina antiqua, religiosi argumenti, quæ dicuntur Hærmósól, Líknarbraut, Leiðarvísan et Heilags anda visur (1844).

Quum post absolutam editionem Eddæ Sæmundinæ a Seviris, quibus Legatum Arnæ Magnæi curæ demandatum erat, consilium initum fuit, ut Edda Snorrii Sturlæi, interpretatione Latina et apparatu critico commentariisque instructa ederetur; Sveinbjörno Egilssonio scripserunt, ut interpretationem et explicationes carminum elaborandas sumeret, quod et libenter fecit. Accepto a Seviris Arna-Magnæanis exscripto textus cum lectionibus variis, fragmentis diversorum codicum, ceteroque ad editionem præparandam necessario apparatu, munus sibi concreditum perfecit, et ita ex parte potiori editio Arna-Magnæana, cujus duo volumina jam prodierunt (Hafn. 1848. 1852), ei tribui potest. Ex textu a Seviris Arna-Magnæanis misso paravit editionem Eddæ Snorriane (Reykjav. 1848), et quorundam tractatum antiquorum, qui huic libro in nonnullis codicibus manuscriptis juncti inveniuntur (Ritgjörðir tilheyrandi Snorra-Eddu. 1849), cui addidit clavem metricam (Háttalykil) Rögnvaldi comitis. Speciatim duo carmina antiqua, quæ in Edda Snorriana asservantur, Haustlaug et Þórsdrápa, cum commentario Islandice edidit (1851).

Hi libri, qui jam allati sunt, multi quidem et non minus indefessam curam quam doctrinam et sagacitatem auctoris testantes, tamen non aliter ac quasi præcursores et præparatores hujus Lexici poëtici generalis designari possunt. Non latere potuit eum, cui ab initio demandatum erat versus antiquos interpretari et explicare, quantum in hoc literarum genere restaret, quantum in editionibus partim in scribendo partim in edendo peccatum fuerit, nec minus quantum in explicandis carminibus erraverint viri doctissimi, omni fere critico fundamento destituti. Nec eum sefellit, quod tales errores et vacillatio interpretum non potuerunt nisi iudicium hominum de antiqua poësi septentrionali et genio ejus depravare et corrumpere. Videmus ergo jam 1824 auctorem nostrum strenue occupatum in carminibus antiquis ex membraneis codicibus colligendis, quod negotium, quum ipse a fontibus tam longe abesset, amicis suis et discipulis, qui Hafniæ commorabantur, demandavit. His collectionibus instructus partim speciatim quæ antea exposuimus opera præstitit, partim Lexicon generale sermonis poëtici congregavit, quod re vera duplex est, primum hoc nostrum Islandico-Latinum, quod primum inscripserat: „Glossarium, continens voces simplices et compositas, terminationes rariores, appellationes poëticas et phrases, in carminibus poëtarum septentrionalium

ad finem usque seculi decimi quarti occurrentes, collegit et explicavit Sveinbjörn Egilssonius, collega scholæ Bessastadensis in Islandia” (quatuor volumina autographa, 3160 pagg. in 4to); alterum Islandicum tantum, non editum (duo volumina. 8vo. plagulæ 42½ scriptæ). Illud Lexicon sive Glossarium majus Societati nostræ tradidit quum Hafniæ præsens erat, annis 1845—46. Eodem tempore Richardus Cleasby, vir doctus ex Anglia oriundus, sibi proposuerat, ut simile Lexicon Islandico-Anglicum typis ederet, prosam orationem in libris antiquis septentrionalibus vernacula lingua scriptis asservatam complectens, quod opus, post mortem doctissimi collectoris revisum, in Anglia Oxfordiæ impressum iri speramus; nostrum vero ex decreto Societatis anno 1852 prelo subjectum est, deinde fasciculi suo quisque anno post 1854 in publicam lucem prodierunt.

Antea a nobis breviter indicatum est, quo modo auctor inductus sit, ut in hoc Lexico poëtica solummodo tractaret, quasi discernens inter vocabula prosæ orationis et poëticæ. Si per se hoc non mirandum est, quum notum sit, quam multa peculiaria vocabula et a populari sermone diversa contineant opera poëtica cujuscunque linguæ, tamen hoc de lingua veteri septentrionali plurimum valet. Magna copia verborum, multæ formæ, terminationes, compositiones verborum, quæ in carminibus occurrunt, in prosa oratione non omnino inveniuntur, quod non solum mythologiæ et denominationibus inde sumtis debetur, sed etiam multis aliis fundamentis nititur, quibus radices linguæ alte insitæ sunt. Satis est hic exempli gratia poëma Eddicum *Alvíssmál* allegare, ubi denominationes cœli, terræ, solis, lunæ, et aliarum rerum ex septem vel novem diversis linguis desumptæ esse dicuntur, quarum præcipuæ appellantur lingua Hominum, Deorum, Vanorum, Gigantum, Alforum, Nanorum et Helensium, quæ denominationes deinde apud poëtas promiscue de his rebus, aut simpliciter aut figuris poëticiis ornatæ, adhibentur. Nomina Odinis in carmine *Grímnismál* simili modo enumerantur, quæ diversis locis gesserit. Enumeratio harum linguarum egregie demonstrat, quam alte et late originem sermonis poëtici petierint veteres. Quomodo autem hoc apud poëtas adhuc latius patuerit, et quibus legibus circumscriptum fuerit, a Snorrio Sturlæo in scriptione „De dictione poëtica” (*Skáldskaparmál*) expositum est. Tria ibi genera dictionis poëticæ enumerantur: primum denominationes simplices (*heiti*), secundum pronominations (*fornöfn*), tertium denominationes compositæ (*kenningar*). Hæ duæ classes posteriores vocum et phrasium poëticarum innumeris formationibus dictionis poëticæ ansam præbent, quæ primo aspectu Sibyllinum aliquid spirare videtur, et nonnisi sedulis cultoribus ipsum florem, peculiari fragrantia æstimatores oblectantem, aperit. Nos, qui scimus, quot obscura verba auctor noster celeberrimus explicaverit, quot

lectiones falsas correxerit, quam sæpe leges troporum explicandorum fixerit, sensam veriore et genio poëtico digniore aut invenerit aut plures enarrationis modos ingeniose excogitaverit, locos antea non illustratos explicaverit, non possumus nisi læto et grato animo accipere quæ præstitit, et approbare, quod poëtica opera sola sibi elegit, sperantes, quod restat sensim ab aliis, vestigiis ejus ingredientibus, absolutum iri.

Ipse celeberrimus auctor, ut jam vidimus, terminos operis sui ab antiquissimis inde temporibus ad finem seculi quarti decimi (c. ann. 1400) destinavit. Fatendum tamen est, hoc magis ex vulgari traditione quadam, et ut certi quidam fines operis constituerentur, factum esse, quam ex certis argumentis internis, ex ipsa poëseos historia deductis. Quod ad antiquissima poëtici generis monumenta attinet, maximi momenti id obstaculum fuit, quo minus eorum explicationes admitti possent, quod in editionibus, quæ solæ auctori ad manus erant, non minus ipse textus quam interpretationes harum inscriptionum ex maxima parte tam magnopere vacillant, ut non nisi conjecturis satis incertis sit locus. Inscriptio Karleviensis in Ölandia, quæ sensum certum præbuit, in librum suscepta est; de pluribus inscriptionibus poëticis idem factum fuisset, si novissimam earum collectionem, quæ in Antiquitatibus Orientalibus („Antiquités de l’Orient, monuments runographiques interprétés par C. C. Rafn”. Copenh. 1856. 8vo) edita est, cognovisset. Consilium primum fuit, hunc defectum ita sarcire, ut glossarium inscriptionum Runicarum per se adderetur, quum vero hoc non sine majori cunctatione fieri potuerit, utilius visum est non in hac re morari, sed editionem statim perficere et publicæ luci tradere. Idem valet de illis paucis quidem versibus, qui postremis annis aut primum cogniti sunt, aut accuratius editi vel explicati, qui vero in hoc libro aut prætermittuntur, aut alio modo tractantur.

De antiquitate carminum, quæ historica ætate cognita fuerunt, multa sunt disputata, plura tamen adhuc ita incerta, ut finis disceptationis adhuc longe absit. Neque nobis occasio neque locus adest, ut in has res longius digrediamur. Sufficit nobis aliquot locos classicos de hac re afferre, quum relationes ipsorum veterum auctorum in hac re maximæ auctoritatis esse videantur. In recensu poëtarum, qui in codice Upsaliensi Eddæ Snorrianae asservatur, ita incipit auctor: „Starkadus ( Starkatherus ) grandævus poëta fuit. ejus poemata inter ea, quæ nunc ex memoria recensentur, antiquissima sunt. Ille de regibus Danorum carmina composuit”<sup>1</sup>. Post Starkadum commemorat regem Ragnarem loðbrók, reginam ejus Aslaugam et filios eorum; deinde Bragium

<sup>1</sup> „Starkaðr hinn gamli var skáld; hann kvæði eru fornaust þeirra sem menn kunnu; hann orti um Danakonunga”.



grandævum et ceteros octo poëtas, qui Eysteinum Belium, Svecorum regem, carminibus celebrasse traduntur (Möbius. Catalogus librorum Islandicorum et Norvegicorum ætatis mediæ. Lips. 1856. 8vo. p. 169). — Snorrius Sturlæus in præfatione Heimskringlæ dicit: „Apud Haraldum (pulchricomum) poëtæ fuerunt, quorum carmina nostris temporibus ex memoria recensentur, quemadmodum etiam poëmata de omnibus iis regibus, qui post eum in Norvegia regnarunt; ex his carminibus, iis præsertim, quæ in aspectu ipsorum principum aut eorum filiorum decantata sunt, gravissima argumenta nostri operis hausimus, omnia, quæ de expeditionibus eorum et præliis ibi traduntur, pro vero accipientes”<sup>1</sup>. (Heimskringla eðr Noregs konunga sögur af Snorra Sturlusyni. ed. Hafn. 1777 sequ. fol. 1, 2). Certum est igitur, auctores Islandicos seculi tertii decimi antiquissima carmina, quæ tum memoria tenebantur, ad tempora Ragnaris loðbrók, sive seculum octavum p. Chr. retulisse. Neque minus certum est, ne unum quidem versum, nisi qui aut in inscriptionibus Runicis occurrant, aut etiam apud Saxonem sermone Latino involuti et implicati inveniantur, ad nostra tempora pervenisse præter eos, quos Islandi nobis servarunt, quare eorum testimonium de hac re gravissimum est.

Non latere potest eos, qui libros historicos et literaturam antiquam septentrionalem accuratius cognoverunt, quanta cohors poëtarum, i. e. hominum pro temporis ratione literatorum, seculo undecimo et postea ex Islandia venerit, quanta fuerit copia carminum varii generis, quæ ex maxima parte per traditionem oralem ab una generatione ad alteram transiisse videantur. In hac re Historia Haraldi severi, Norvegiæ regis, egregium nobis exemplum de poëta Stuvo cæco tradidit, qui quum in Uplandis in Norvegia apud colonum quendam hospitio frueretur, regi Haraldo, apud eundem colonum hospitanti, oblectamenti causa carmina recitavit. De colloquio eorum ita narratur: „Rex diu vigilavit, Stuvo interea carminibus oblectante; tandem rex inquit: ‚quot jam carmina cecinisti? — Stuvus: ‚hæc tibi numeranda reliqueram’. — Rex: ‚ego quoque numeravi, atque nunc triginta sunt; qui vero sola recitas carmina breviora? nullane tenes majora intercalata?’ — Stuvus: ‚hæc pauciora teneo majora intercalata, quam breviora non intercalata, et tamen ex his multa sunt, quæ nondum cecini.’ Rex: ‚si hæc ita sunt, mirum quantam habere debeas notitiam carminum; quem vero recitandis carminibus majoribus oblectare cogitas, siquidem mihi sola recitas breviora?’ — ‚Te ipsum’, inquit Stuvus. Rex: ‚quando?’ — Stuvus: ‚quum proxime conveniemus’.

<sup>1</sup> „Með Haraldi voru skáld, ok kunnna menn enn kvæði þeirra, ok allra konunga kvæði þeirra er síðan hafa verið at Noregi, ok tókum vér þar mest dæmi af því, er sagt er í þeim kvæðum, er kveðin voru fyrir sjálfum höfðingjunum, eða sonum þeirra, tókum vér þat allt fyrir satt, er í þeim kvæðum sinnst um ferðir þeirra eða orrostar”.

Rex: „cur tunc potius quam nunc?” Stuvus: „quia velim, tam oblectationem, quam cetera omnia, quæ ad me pertinent, tibi eo melius placere, quo ea audias diutius meliusque cognoscas”. (Scripta histor. Island. vi, 361—364). Stuvus deinde poëta Haraldi regis factus, epicedium in eum postea composuit, quod Stúfsdrápa, sive Stúfa, appellabatur. Hæc narratio de Stuvo poëta egregie nobis demonstrat, quo modo istis temporibus notitia rei literariæ collecta fuerit. Sicut viri curiosi comitia generalia et cœtus hominum iterum atque iterum frequentarunt, eo fine, ut omnifarias ibi relationes et narrationes audire et discere possent, deinde vero easdem aliis referendo artem historicam viva voce didicerunt et diligenter exercuerunt<sup>1</sup>, ita etiam ii, qui se arti poëticæ dedere voluerunt, magnam copiam veterum carminum discere et declamare se assuefecerant, ut inde „dictiones poëticas . . . (et) copiam verborum unacum vetustis appellationibus sibi comparare” possent<sup>2</sup>. Non igitur mirum est, quod et Snorrium et consobrinum ejus Olavum hvítaskáld tantam copiam carminum allegare et exempla exquisita inde afferre videamus, ut in Edda Snorrii et tractatu Olavi huic annexo apparet. Sed ut harum literarum sæcunditas et sermonis poëtici ubertas inde conspici potest, ita etiam inde apparet arcta illa continuitas, quæ totum hoc genus literaturæ conjungit et compingit: leges metricæ tam firmæ et consolidatæ, ut unumquodque genus metri suam speciem poëticam indicet; dictio poëtica, quæ per tota secula suas proprias leges et morem majorum sequitur. Si hæc igitur accuratius consideramus, simile quid apparet, ac quod nos in artificiis veterum tam sæpe vidimus, nimirum unum post alterum per longum temporis spatium eandem fabricandi formam conservare, unum eundemque typum imitari. Ex altera vero parte egregia illa fragmenta nobis demonstrant, quantam jacturam in his rebus fecerimus, et quam parva ex illa magna ruina nobis relicta sint.

Ad illustrandam historiam linguæ septentrionalis, inprimis quam late hæc lingua vigerit, magni momenti sunt relationes de antiquis poëtis nobis relictæ, in antiquo recensu poëtarum „Skáldatal” asservatæ, et fragmentis non paucorum carminum, ab his poëtis compositorum, confirmatæ. Duo præsertim loci sunt, ubi veteres scriptores de his rebus manifeste disputarunt et terminos linguæ disertis verbis fixerunt. Alter locus in opere

<sup>1</sup> Narratio de Thorsteino historico (Þorsteinn fróði), ex Islandia orientali, qui historiam de peregrinatione Haraldi regis et rebus ab eo in Græcia gestis ab Haldore Snorrii filio eo modo didicerat, quod comitia generalia Islandiæ (alþing) quotannis frequentaverat, et ibi sensim sensimque relationes de hac re ex viva voce Haldoris collegerat (Müller. Sagabiblioth. 1, 317—348, cfr. Fornm. s. vi, 351—356).

<sup>2</sup> „Þetta er at segja úngum skáldum, þeim er gírnast at nema mál skáldskapar, ok heyrja sér orðfjölda með fornum heitum”. Snorra-Edda. 1, 221.

Snorrii Sturlæi, celeberrimi historici, Edda dicto, invenitur, ubi in introitu dicit: „Cum Odine migravit Yngvius, qui post eum regnum in Svecia accepit, a quo Ynglingi sunt orti. Asi ex indigenis uxores duxerunt, unde numerosa progenies per Saxoniam et per septentrionales regiones dispersa fuit. Lingua eorum sola per has regiones valuit, et perspicue intelligi potest, eos huc septentrionem versus in Norvegiam et Daniam, Sveciam et Saxoniam, linguam duxisse”<sup>1</sup>. (Snorra Edda, ed. A. Magn. II, 253; confr. I, 28—31). — Alter locus est in Historia de Gunnlaugo vermlingui et Rafnio poëta, ubi de temporibus Ethelredi regis (979—1016) dicitur: „Tum in Anglia eadem lingua fuit atque in Norvegia et Dania; lingua autem mutata est quum Vilhelmus nothus Angliam subegit; ex eo inde tempore lingua Valica in Anglia viguit, quia genus ejus inde ducebatur”<sup>2</sup> (Gunnlaugs saga cap. VII.; Íslendinga sögur tom. II (1847), pag. 221—222). Hæc eodem fere modo a scriptoribus seculi quarti decimi traduntur, his verbis: „Origines omnium historiarum in lingua Norrœna (septentrionali), earum quæ res veras narrant, ex eo tempore initia ducunt, quo Turcæ et Asiani aquilonares regiones inhabitare coeperunt. Nam vere dicitur lingua, quam nos Norrœnam vocamus, cum iis huc septentrionem versus venisse, et in Saxonia, Dania et Svecia, Norvegia et aliqua parte Angliæ viguisse”<sup>3</sup> (Fragm. membr. A. Magn. 1eß fol.; Langeb. Script. Rerr. Dann. II, 34; Fornm. s. XI, 412; cfr. Rimbegla III, 1).

Quod his locis universe dicitur, non parum luminis accipit ex antiqua scriptione „Skáldatal” (recensu poëtarum), quam antea allegavimus, ubi nomina poëtarum, et eorum regum ceterorumque magnatum extra Islandiam, quos carminibus celebrarunt, ordine recensentur. Enumerantur hic primum Sveciæ reges et magnates, a seculo octavo ad seculum usque tertium decimum, et simili modo poëtæ, primum Sveci et Norvegi, deinde Islændi tantum, inde a seculo decimo (Þorvaldr Hjaltason), quorum ultimi sunt Ólafur Þórðarson hvítaskáld († 1259) et Sturla Þórðarson († 1284); ille carmen de Erico rege Erici filio († 1250), hic de comite Birgere Magni

<sup>1</sup> „Með Óðni fór Yngvi, er kondagr var í Svíþjóðu eptir hann ok Ynglingar eru frá komnir; þeir Æsirnar tóku sér kvanfaung þar innanlands ok urðu þær stúrir fjölmennar um Saxland ok um Norðrhálfuna; þeirra tunga ein gekk um þessi lönd, ok þat skilja menn, at þeir hafa norðr hingat haft tunguna, í Noreg ok Danmörk, Svíþjóð ok Saxland.”

<sup>2</sup> „Ein var þá tunga á Englandi sem í Noregi ok í Danmörku; en þá skiptust tungur í Englandi er Vilhjálmr bastarðr vann England; gekk þaðan af í Englandi Valska, er hann var þaðan settadr.”

<sup>3</sup> „Upphaf allra frásagna í norrœnni tungu, þeirra er sannindi fylgja, hófat þá, er Tyrkir ok Asiamenn bygðu Norðrit; því er þat með sönnu at segja, at tungan kom með þeim norðr hingat, er vör köllum norrœnu, ok gekk sú tunga um Saxland, Danmörk ok Svíþjóð, Noreg, ok um nokkurn hluta Englands.”

filiò æstate anni 1265 composuit. Hoc igitur carmen ultimum locum tenet eorum, quæ a poëtis more majorum in Svecia publice coram magnatibus sint declamata. — Series regum Norvegicorum, qui carminibus celebrati fuerunt, ab Haraldo rege pulchricomo incipit, cujus sex poëtæ aulici recensentur, omnes ut videtur Norvegi, et fortasse ex parte Dani (Úlfr Sebbason). Ex filiis ejus unus a duobus celeberrimis Norvegiæ poëtis, alter a duobus Islandis, carminibus est laudatus, sed mortuo rege Hakone († 961) nemo poëtarum aulicorum nominatur nisi Islandi. Ab anno igitur circiter 950, usque ad mortem regis Erici Magni filii († 1299) hæc periodus duravit, qua Islandi soli in Norvegia locum poëtarum aulicorum tenuerunt et res gestas carminibus celebrarunt, ita ut præter eorum carmina singulares tantum strophæ a viris Norvegis, regibus præsertim, quasi exercitandi gratia compositæ, nunc supersint. Cum anno 1300 hæc periodus in Norvegia finiit, et notatu dignum est, regem Ericum a quinque poëtis carminibus laudatum esse, fratrem ejus Hakonem a nemine, quod indicare videtur eum antiquam hanc et domesticam artem despexisse, et novum literaturæ genus, narrationes scilicet fabulosas, a gentibus Romanis jam dudum in septentrionem profectas, magis coluisse. Inter magnates Norvegiæ neminem post ducem Skulium († 1240), comitem Knutum Hakonis filium († 1261) et Gæutum Jonæ Melensem († 1270) carminibus celebratum esse invenimus. — Inter Danorum reges Svenus furcobarbus († 1014) primus numeratur, qui a poëta Islando Ottare nigro carmine laudatus sit, ultimus vero Valdemarus secundus († 1241). In Anglia Athelstanus et Ethelredus, seculo decimo et circa initium seculi undecimi, a poëtis celeberrimis Egillo Skallagrimmi et Gunnlogo vermilingui carminibus celebrabantur. Ex his exemplis si periodus historica linguæ et poëseos in annos definienda esset, in Anglia usque ad occupationem Normannicam, sive ad medium usque seculum undecimum duravit, in Dania et Svecia ad medium usque seculi tertii decimi, in Norvegia ad finem ejusdem seculi, sive ad initium seculi proxime sequentis. Discessus poëtarum ex aulis regiis cum immutatione moris majorum mutationem linguæ indicat, quæ sensim sensimque aliunde devicta et debilitata, in Islandiam quasi in ultimum castellum se recepit, ubi non minus quam antea exulta fuit et amata. Ut antea ex maxima parte reges et magnates externos, ita nunc poëtæ Islandi Mariam virginem, sanctam Crucem, sanctos Apostolos et Martyres carminibus celebrare inceperunt, quorum carminum magna multitudo adhuc inedita in libris manuscriptis asservatur. Ceterum, nisi nimis longe a nostro proposito abesset, ex omni seculo nomina eorum proferre possemus, qui poëticam artem, non ut imitatores sed ut liberi cultores, more majorum exercuerunt.

Si crederemus, sermonem poëticum antiquis temporibus communem fuisse, ita ut verba poëtarum exquisita, termini mythologici, tropi artificiales et similia, in carminibus poëtarum occurrentia, cuique homini ex populo perspicua fuissent, gravis nobis error esset. Non pauca exempla demonstrant, carmina antiqua a vulgo sui temporis non magis fere intellecta fuisse, quam hodie apud nos intelliguntur. Hoc non minus ea re probatur, quod antiqui librarii, qui prosam orationem siue difficultate exscripserunt, versus textui insitos sæpius corrupte dederunt, et quidem ita, ut ex corruptela aperte eluceat, librarium carmina omnino non intellexisse. Ita verbi causa, ut ceteros prætereamus, librarius, qui codicem Upsaliensem descripsit circa annum 1300, aperte demonstravit, se carmina textui inserta non intellexisse; eodem modo librarii, idque viri clerici, qui codicem Flateyensem dictum circa annum 1487 scripserunt, versus non parum corruptos tradiderunt. Poëtæ seculi quarti decimi, qui carmina religiosa plurimum composuerunt, hanc normam præcipue sibi servandam dederunt, ut tropos Eddicos, quasi ethnicismum olentes, evitarent; non igitur mirum est; seculo quarto decimo et duobus sequentibus, quo tempore hoc genus poëseos maxime vixit, multa antiquioris poëseos peculiaria verba et terminos exquisitiores in oblivionem abiisse. Initio seculi septimi decimi, quum uno eodemque fere tempore antiquitatis studium in Dania, Svecia et Norvegia effervescebat, viri docti antiquam poësin septentrionalem cognoscere, et carmina priscorum poëtarum explicata habere, desiderare cœperunt. In eorum usum commentarios primum videmus a doctis viris in Islandia conscriptos, qui deinde ab Olao Wormio Dano et Verelio Sveco in publicum editi sunt; ipsos Islandos nunquam antea tales commentarios scripsisse novimus, si forte excipias quæ explicandi causa in Edda Snorrii addita inveniuntur. Primus omnium Magnus Olavius (Magnús Ólafsson), pastor Laufasensis in Islandia boreali (1622—1636; † 22. Aug. 1636 annum agens LXII.), partem Eddæ Snorrianae, quæ de denominationibus poëticis agit, rogante celeberrimo Arngrimo Jonæ Vidalino, anno 1609 in ordinem alphabeticum redegit (A. Magn. 758. 4to), quod opus deinde cum Wormio communicatum a Petro Joh. Resenio editum est („Edda Islandorum”. Hafn. 1665. 4to). Deinde non pauca carmina vetusta Olao Wormio rogante explicavit, quos commentarios in usum suum convertit Wormius; nonnihil etiam in bibliothecis nostris adhuc asservatur, v. c. A. Magn. 762. 4to. — Eodem modo Sventus Jonæus (Sveinn Jónsson), pastor cathedralis Holanus et deinde pastor Bardensis (nat. 1603, † 1686), non pauca ad carmina illustranda elaboravit et cum Wormio communicavit. — Gudmundus Andreae (Guðmundr Andrèsson † 1654), primi Lexici Islandici auctor, commentarios in carmen Eddicum Völuspá scripsit, quos

Resenius deinde edidit. — Stephanus Olai (Stephán Ólafsson), qui inter præstantissimos poëtas Islandiæ seculi septimi decimi merito numeratur, et primum amanuensis celeberrimi episcopi Skalholtensis Brynjolfi Svenonii, deinde pastor Vallanesensis fuit, non parum in his studiis versatus est, et imprimis eo tempore, quo academiam Hafniensem frequentavit (1642—1648), non pauca ad res Eddicas illustrandas in usum Resenii et Wormii scripsit, unde tantum nomen meruit, ut a legato Francogallico Lutetiam Parisiorum migrare et studia literarum septentrionalium ibi promovere invitatus sit, quod tamen abnuvit († 1688). — In Svecia Jon Jonæus Rugmann († 1679) explicationes carminum multorum reliquit, quarum partem Verelius ceterique Svecorum viri docti editionibus antiquorum scriptorum inseruerunt, pars vero adhuc in bibliothecis Upsaliæ et Holmiæ invenitur. — Præter hos nominari meretur Björn Jónsson de Skarðsá, vir rusticus sui seculi eruditissimus et in libris conscribendis diligentissimus (nat. 1574, mort. 1655), qui nonnulla carmina antiqua commentariis instruxit, et ut ipse dicit integrum annum in explicando carmine Egilli, Höfuðlausn dicto, occupatus fuit; hæc opera, quamvis nunquam edita, in libris manuscriptis adhuc servantur. — Hallgrimus Petrus (Hallgrímur Pétursson), pastor Saurbæensis in toparchia Borgsfjordensi (1614, † 1674), celeberrimus poëta Islandus, commentarios in carmina, quæ in Historia Olai regis Tryggvii filii occurrunt, conscripsit, adhuc in libris manuscriptis servatos. — Viri doctissimi Brynjolfus Svenonius (Brynjólfur Sveinsson), episcopus Skalholtensis, et historiographus regius Thormodus Torfæus (Þormóður Torfason), sæpius quidem unum aut alterum locum poëticum commemorarunt vel explicarunt, sed commentarios eodem acceteri modo elaboratos non reliquerunt. — Exeunte seculo septimo decimo Einarus Eyjolfi (Einar Eyjólfsson), toparcha Arnesensis († 1695), commentarios in carmina, quæ in Bergþúa þáttur occurrunt, elaboravit, qui etiam adhuc inter libros manuscriptos exstant; et præterea commentarios in carmina, quæ in Historia Olavi Tryggvii filii Norvegiæ regis occurrunt, conscripsit (Finn. Joh. Hist. Eccl. Isl. III, 558 not. a.).

His temporibus viri docti, qui interpretationi antiquæ poëseos operam dederunt, duplici præsertim obstaculo impediti erant, primum quod codices qui supererant manuscripti non uno loco collecti, sed huc et illuc sparsi fuerunt, ita ut nulli grandiozem ex illis materiam colligendi, multo minus codices ipsos evolvendi et invicem conferendi occasio daretur; alterum, quod editiones tam raræ, quam quoad criticum apparatus egenæ fuerunt. Videmus igitur hoc ipso tempore, et præsertim seculo octavo decimo ineunte, plures viros doctos in eo occupatos, ut codices manuscriptos colligerent, inter quos Arnas Magnæus (Árni Magnússon † 1730) præcipuum locum

tenet, qui amplissimam suam et locupletissimam collectionem codicum Islandicorum et septentrionalium bibliothecæ Universitatis Hafniensis donavit, additis non parvis opibus, per quas scriptorum antiquorum in lucem edendorum facultas dabatur. Neque eum spes fefellit, nam post ejus mortem, novis et copiosis fontibus reclusis, magnam virorum doctorum multitudinem, partim in studio librorum veterum, partim in iis edendis et explicandis, sensim sensimque occupatos invenimus. Quoad studium literaturæ poëticæ post aliquod intervallum non paucos enumerare possumus, qui, nonnulli subsidiis Arna-Magnæanis suffulti, haud parva in hac re præstiterunt. Inter eos et temporis et fere gigantei laboris ratione primum locum tenet Johannes Olavius Grunnavicensis (Jón Ólafsson frá Grunnavík † 1779), qui Arnæ Magnæo ad manus scribæ loco fuerat, et deinde primus Stipendiarius legati Arna-Magnæani factus est. Is præter multifaria opera philologica, quæ tamen omnia adhuc inedita sunt, Eddam Snorrianam cum Latina interpretatione, apparatu critico, commentario perpetuo et indicibus ad editionem præparavit, sed hoc opus tanta doctrinæ mole circumdedit, ut quod in Additamentis bibliothecæ per omne ævum requiescat damnatum esse videatur (Additam. Bibl. Univ. Hafn. Nr. 32 fol. pagg. 2276 præter indices continens). — Eyjulfus Jonæus (Eyjólfur Jónsson) pastor Vallensis in Islandia boreali († 1745), vir multifariæ eruditionis, in carmen Eddæ Sæmundinæ Vafþrúðnismál, et alia carmina antiquiora, commentarios conscripsit. — Eggertus Olavius (Eggert Ólafsson † 1769) non solum multum in poësi veterum explicanda versatus est, sed etiam ipse hoc genus poëseos et metricæ artis coluit, de quo carmina ejus quæ supersunt (edit. Hafn. 1832. 8vo) abunde testantur. — Ejus frater Johannes Olavius Hypnonesius (Jón Ólafsson frá Svefneyjum † 1811), vir doctissimus, neque minus in his literis versatus, duo præsertim opera reliquit, quæ per longum tempus in hoc literarum genere præcipuum locum tenuerunt: alterum scilicet Librum de arte poëtica septentrionali antiqua (Om Nordens gamle Digtekunst etc. Hafn. 1786. 4to), alterum continens interpretationem et commentarios in carmina, in Heimskringla Snorrii Sturlæi occurrentia, quos deinde Finus Magnusenius revisit (Hkr. ed. Hafn. fol. tom. i. præf. p. xxiii; tom. vi. præf. p. iv). — Gunnarus Pauli (Gunnarr Pálsson) primum rector Holanus per undecim annos, deinde pastor Hjarðarholtensis et præpositus toparchiæ Dalensis in Islandia per triginta annos et supra ab anno 1753 († 2. Oktbr. 1791), inter suæ ætatis viros doctos in poësi antiquorum versatissimus et ejus sagacissimus interpretes habitus est. Fuit etiam ipse poëta lepidissimus, cujus testis est carmen Gunnarsslagr, de quo etiam hodie disceptari possit, utrum ab eo compositum sit, an ad Eddam Sæmundinam ex antiquitate pertineat (ed. in Append. ad edit. A. Magn. II, 1000-1010; Rask. Holm. 1818. 8vo. p. 274—277). Seviri Arna-Magnæani Gunnarum

in omnibus ad res poëticas et eddicas pertinentibus pro oraculo habebant, n̄s commentarios suos in Eddam utramque, Sæmundinam et Snorrianam, carmina Guonlaugi, Rafn̄i, Kormaki et multa alia transmisit. Opera ejus passim ab editoribus et interpretibus laudantur, et pars eorum adhuc in Bibliotheca Regia et inter Additamenta Bibliothecæ Universitatis Hafniensis conservatur. — Ejusdem fere auctoritatis in his rebus apud cœvos fuit Sculo Theodori Thorlacius (Skúli Þórðarson Thorlacius † 1815), rector scholæ metropolitanæ Hafniensis, qui in nonnulla carmina antiqua (Gróttasaungr, Haustlaung, Þórðrápa, Hákonarkviða et Hrafnsmál) commentatus est, et non exiguas partes habuit in editione Hafniensi operis historici Snorrii Sturlæi, Heimskringla dicti. Commentarii ejus prædicti in carmina antiqua, et tractatus de veteri poësi, editi sunt in libris, qui dicuntur: „Antiquitatum borealium observationes miscellanæ”, Specim. I—VII. — ed. Hafn. 1778—1799. 8vo. — Gudmundus Magnæus (Guðmundr Magnússon † 1798), stipendiarius Arna-Magnæanus, non minus feliciter quam docte ac sagaciter in edenda prima parte Eddæ Sæmundinæ et carminibus Egilli Skallagrimi filii in Egils saga interpretandis versatus est, ut ante Egilssonium inter principales viros in hoc literaturæ genere locum mereatur. — Nec minorem honorem meretur ejus collega Jonas Johnsonius (Jón Jónsson), stipendiarius Arna-Magnæanus et deinde toparcha Isfjordensium (Ísafjarðar sýsla; † 1827), qui Historiam Njali cum carminibus ei immixtis Latine reddidit et interpretatus est, ipse quoque poëta suo tempore magni nominis habitus.

Inter viros hujus seculi, quos partim ut antecessores, partim ut commilitones suos laudavit Egilssonius, satis est nominare, quorum opera notissima sunt: Finnum Magnussonium, auctorem Lexici mythologici, perfectorem editionis Eddæ Sæmundinæ, commentatorem innumerabilium fere versuum et locorum poëticorum; Erasmus Christianum Rask, editorem et multis locis felicem emendatorem utriusque operis Eddici; et Carolum Christianum Rafn, qui sua editione epicedii Lodbrokiani Krákumál monstravit, quid in his rebus præstari possit. Sed primo loco inter eos auctor fortasse nominasset doctorem philosophiæ Hallgrimum Scheving, qui ei non solum per triginta annos collega amicissimus in munere scholastico fuit, sed etiam, ut ipse harum literarum peritissimus cultor et poëseos antiquæ sagacissimus interpret erat, ita studia Egilssonii omni modo adjuvit et instigavit; nos saltem pro certo habemus, hos collegas et duumviros præstantissimos aliquando hunc sibi finem proposuisse, ut ambo thesaurum locupletissimum linguæ Islandicæ colligerent, ita ut alter Lexicon sermonis poëticsi, alter prosaici, elaboraret, ad quod postea collectio locupletissima apud Schevingium asservatur.



His operibus per multos annos a Sveinbjörno Egilssonio continuatis accidit, ut Richardus Cleasby, quem antea nominavimus, quique studio veteris linguæ Septentrionalis sive Islandicæ totum se dederat, per plures annos Hafniæ sedem sibi figeret. Hic quum subsidiorum in his studiis defectum et inopiam graviter ferret, Lexicon generale in hanc linguam parare et sumptibus suis publici juris facere proposuit, in eumque finem vires literarias plurimum Islandorum, qui Hafniæ commorabantur et his literis operam dabant, sibi consociavit. Brevi autem, quum molem lexicalem ultra spem exaggerari vidisset, et linguæ abundantiam, librorum scriptorum copiam, et præsertim sermonis poëtici peculiarem indolem et methodum propius cognoscere incepisset, perspicuum ei factum est, non unius humeri esse tantum onus sustinere, sed multo magis, nisi alter homo, in scriptis poëticis versatus, hanc provinciam ceperit, ut Lexicon sermonis poëtici conscriberet, opus nullo modo ad finem perducere posse. Quum hanc sententiam et desiderium cum secretario Societatis Antiquariorum Septentrionalium sæpius communicaverat, et sumptus ad hoc novum opus perficiendum necessarios ex parte sustinere paratum se esse declaraverat, literæ de hac re a secretario Societatis missæ sunt ad Sveinbjörnum Egilssonium, cujus inter alia in hoc genere eximia doctrina, sagacitas et non parvi momenti præstita opera nota fuerunt. Ille, qui per multos annos, ut jam antea relatum est, huic studio se dederat, et materiam abunde congesserat, ad opus præstandum paratissimum se præbuit, et paucis annis ita perfecit, ut anno MDCCCXLVI, vivo adhuc Richardo Cleasby, opus absolutum Societati nostræ tradere potuerit. Interea Cleasby in Lexico prosaici sermonis colligendo occupatus, opera collegarum suorum adjutus tantum profecerat, ut sibi libros manuscriptos et impressos, quos in suum usum convertere proposuerat, jam exhaurire licuisset; deinde etiam singula vocabula ordinare et Anglice explicare incepit, quum mors ex inopinato superveniens virum doctissimum, tam solertem et laboriosum quam propositi tenacem, ab opere suo, orbi literario non minus optato quam desiderato, abripuit.

Hic casus editionem operis non parum impedivit; inde vero aliquid magis incommodi ortum est. Novæ enim editiones scriptorum in locum earum venerant, quas auctor ad manus habuerat, quod in libro utendo magno fuisset impedimento, nisi numeri ad modum illarum editionum mutati fuissent. Interdum vocabula, formæ verborum, ipsi versus in novis editionibus secundum codices manuscriptos ita mutati erant et correcti, ut nonnullis locis excidere possent verba, vel verborum formæ, vel significationes, vel conjecturæ, quæ soli corruptioni textus originem debebant, aliis vero locis formas novas et significationes addere necesse esset. In siglis adhibitis præterea nonnihil brevitatis et uniformitatis causa mutandum fuit. Hac ratione in opere perficiendo maximam partem habuerunt

Jon Thorkelsson, nunc in schola Reykjavicensi collega docens, et Gudbrandus Vigfusson, stipendiarius Arna-Magnæanus, qui totum opus perlegentes novarum editionum, inprimis Eddæ Snorrianae, numeros adscripserunt, formas quasdam aperte corruptas extirparunt, novas significationes, interdum etiam vocabula addiderunt. Sed hæc tam caute et raro facta sunt, ut ratio operis æ leviter quidem mutata sit.

De titulo libri necesse est ut nonnulla disputemus. Quum titulus ab ipso auctore inscriptus (vide supra pag. vii—viii) minus aptus esse videretur, alter inventus est, qui et menti auctoris ipsius, et usui Societatis nostræ conveniret. Etsi de nomine linguæ multa disputata sint, et recentioribus temporibus maximo jure de hac re dici possit:

dilectis pueris varia nomina dari, non dubitari potest, quin doctissimus Paulus Jonæ Vidalinus<sup>1</sup>, legifer Islandus († 1727), ante sesquiseculum rem jam acu tetigerit. Quo tempore literatura vernacula primum in Islandia coepta est, quod factum est seculo undecimo. linguam populi Islandici aut „linguam Danicam” aut „linguam nostram” appellarunt, ut nos quidem putamus exemplum Anglorum secuti, quos Islandi veteres in usu literarum Latinarum pro Runicis imitati sunt; nam notissima res est, linguam antiquam septentrionalem in scriptis antiquioribus Anglorum veterum, sive Anglo-Saxonum, Danicam (denisc) appellari<sup>2</sup>. Neque etiam fortasse in hac re disputanda negligi debet, quod inter nomina gentium nomen Danorum sæpius in sermone poëtico generali quadam significatione gaudet, ita ut hoc nomen gentis pro populo in universum adhibeatur. Ex quo nobis veri simile fit, hoc nomen a primis initiis similis significationis fuisse ac „menn” (viri) – „búar” (incolæ), vel similia, quo modo omnes, vel certe plures antiquissimos populos principaliter se ipsos appellare sovimus<sup>3</sup>. Exempla hujus generalis usus nominis Danorum in antiquissimis monumentis sæpius occurrunt, posteriore tempore rarescunt. Ita compositio „berg-Danir”, Dani montani, i. e. monticolæ, de gigantibus occurrit in carmine Eddico Hýmiskviða stroph. 17, ubi gigas Hymir Thoro gregem boum monstravit, ut inde escam ad piscandum quæreret, his verbis:

<sup>1</sup> Dönsk Tunga (De linguæ Septentrionalis appellatione Dönsk tunga, i. e. lingua Danica, commentatio) in libro: „Skýringar yfir fornyrði Jónsbókar. ed. Societ. liter. Island. Reykjavík 1854. 8vo. p. 125—142; Latine edita et supplementis aucta cum Gunnlaugs saga ormskánga, ed. Hafn. 1775, pag. 220—297. De Paulo Vidalino vide Safn til Sögu Ísl. II, 144—147.

<sup>2</sup> Inter alia exempla vide Homiliam veterem Anglicam (seculi noni), ed. C. R. Unger in *Annaler for nordisk Oldkynd.* 1846, pag. 77, 79; et chronicon Ethelwerdi IV, 2 apud *Langebek, Ser. Rec. Dan.* V, 35.

<sup>3</sup> Hæc jam attigit P. A. Munch, *Annal. for nord. Oldkynd.* 1846, pag. 60.

Hverf-þu til hjarðar  
ef þú hug trúir,  
brjótr berg-Dana,  
beitur sækja.

i. e. ad gregem te converte  
si animo confidis  
fractor Danorum montanorum,  
ad escas quærendas.

confr. stropham secundam, quo loco appellatio „berg-búi” (incola montium) de gigantibus adhibetur. Sic etiam apud Thiodolfum Hviniensem, qui seculo nono floruit, in carmine Haustlaung stroph. 5. (Snorra Edda I, 282):

en berg-Dana bagði  
brjótr við jörmun-þrjóti.

i. e. sed Danorum montanorum fractor  
percussit contumacissimum adversarium.

etiam „flóðrifs-Danir” (= berg-Danir) apud Eilifum Gudrunæ filium, seculi decimi poetam, in carmine encomiastico de Thoro, quod dicitur Þórsdrápa, stroph. 12. (Snorra Edda I, 298):

Þá er funristis fasta  
flóðrifs-Danir stóðu  
knáttu Jólnis ættir  
útvès fyrir lúta.

i. e. Quum socii Dei fulminatoris  
firmo gradu starent, Dani montani<sup>1</sup>  
ultimarum terrarum principem<sup>2</sup>  
comitantes, cedere coacti sunt<sup>3</sup>.

Simili modo nomen Danorum in carminibus Niflungorum sive latissimo quodam sensu, sive de gentibus Scandinavicis in universum usitatur, v. c. ubi de Sigurdo Fafnericida dicitur (Helreið Brynhildar str. 11.):

Einn þótti hann þar  
öllum betri  
víkingr Dana  
í verðungu.

i. e. Solus ille ibi visus est  
omnibus præstantior  
athleta Danorum (bellatorum)  
in conventu.

confr. in carmine Goðrúnarharmr str. 14. et 19., et in ænigmate in Hervarar saga cap. 14. (Fornald. s. Norðrl. I, 476). — De Norvegis speciatim sumendum esse videtur in Hálfis saga c. 16 (Fornald. s. Norðrl. II, 55):

<sup>1</sup> Dani montani, h. e. gigantes.

<sup>2</sup> Princeps ultimarum terrarum, h. e. Geirröðus gigas.

<sup>3</sup> Nomina ceterorum populorum, quæ simili modo adhibita occurrunt, hæc tantummodo invenimus: Gautar, Gotar, Gotnar, sæpissime, vide hæc nomina in ipso libro; nomen Gotnar apud poetam a proprio in appellativum plane transiit; Saxar (berg-Saxar semel ap. Einarum skálaglam c. 990, SE. I, 248); Skotar, Bretar, Kumrar (Gandvikr-Skotar, skyld-Bretar, hellis-Kumrar, omnia semel apud eundem auctorem Eilifum Gudrunæ filium in Þórsdrápa str. 2, 11, 13: SE. I, 290, 298); Mærir in Norvegia (berg-Mærir), semel apud Refum, poetam seculi undecimi, SE. I, 246. — Nomina populorum: Sviar, Norðmenn, Bjarmar, Finnar, Kvenir, Frisar, Frakkar, Flæmingjar, Valir, Englar, Írar etc., nunquam hoc modo applicantur.

|                     |   |
|---------------------|---|
| Hríngur ok Hálfðan, | i. e. Hringus et Halfdanus <sup>1</sup> |
| haukar báðir,       | virii egregii ambo,                     |
| réttir dómendr      | justi iudices                           |
| Dana þjóðar.        | Danorum gentis.                         |

quum tamen revera in Norvegia fuisse necesse sit; et fortasse apud Sig-  
hvatum (1018; Ólafs s. helga c. 70: Fornm. s. iv, 136), ubi de itinere  
suo ex Norvegia in Gothiam cecinit:

|                               |                                   |
|-------------------------------|-----------------------------------|
| Nú er þat, er blakkr um bekki | i. e. Nunc est, ut me ferat equus |
| ber mik Dönum ferri.          | per rivulos procul a Danis.       |

Ab hoc ipso tempore in monumentis interdum recte distinctum invenimus  
inter populos septentrionales, interdum etiam omnes uno nomine compre-  
hensos, quum sæpius Northmanni vel Norici vocantur. Exempli gratia  
afferemus Bullam Benedicti papæ viii., de mense Aprili 1022, qua Une-  
vanno Hamburgensi episcopo „legationem et archiepiscopalem potestatem in  
omnia regna septentrionalia, Danorum scilicet, Suenorum, Noruenorum,  
Hislandicorum, et omnium insularum his regnis adjacentium” concedit (Lap-  
penberg. Hamburg. Urkundenb. I, Nr. LXIV, p. 66; Diplomatar. Island.  
I. Nr. 14, p. 51—53). Simili modo lex antiquissima Islandorum Grágás  
(Vígslóði c. 37) manifeste distinguit inter Danskir, Sænskir, Norrænir et  
Íslendingar (vèr, i. e. nos, scilicet. Íslendingar). Interdum autem sub nomine  
Norrðmenn omnes populi septentrionales comprehenduntur, inprimis apud  
scriptores externos (vide infra p. xxx), imo apud nostros sæpius invenimus  
Islandos in hac appellatione comprehendi (Ólafs s. Tryggvas. auctore Oddo  
monacho cap. 53; Gunnlaugs s. c. vii; Fornm. s. v, 6; Grett. s. cap. 89  
(93); Sturl. v, 15; Fóstbræðra s. (init., ex codice Flateyjarbók).

Quoad nomen linguæ idem fere ac in nomine populorum progressus  
fuit. Apud poëtas solummodo nomen dönsk túnga (lingua Danica) invenitur,  
ea tamen significatione, ut eo nomine indicentur terræ vel regiones, ubi  
hæc lingua viguit. Neque testimonia apud exteros ut apud nostros desunt,  
quæ aperte indicent, linguam vernaculam apud omnes septentrionales populos  
eandem fuisse. Sed hæc, ex nostra quidem sententia, non ita intelligenda  
sunt, quasi per has omnes regiones tanta fuisset uniformitas linguæ, ut  
nullum omnino discrimen fuisset dialectorum, verum ita, ut in universum  
dici possit linguam horum omnium populorum eandem fuisse, iisdem legibus  
in sermone fingendo et componendo directam esse. Ad rem ipsam exempla pauca

<sup>1</sup> notandum fortasse est, nomen Hálfðanr (quasi = semi-Danus) ad hanc generalem signi-  
ficationem nominis apte referri.

afferemus, ex fere innumerabilibus, quæ viri docti jam congesserunt, et quæ amplius congeri possunt<sup>1</sup>.

Antiquissimum de hac re apud poëtas exemplum dedit Sighvatus, qui, ubi congressum inter Olavum Sanctum, regem Norvegiæ, et Hakonem comitem Erici filium in freto Saudungensi 1014 commemorat, hunc comitem, virum Norvegum, in secundo loco dignitatis positum et generis præstantissimi in regionibus Danica lingua loquentibus appellat (Snorri Sturlus., Ólaf's s. helga, c. 28: Fornm. s. iv, 73 cfr. xii, 77):

Ríkr kvað sér at sækja  
Sauðúngs- konúgr nauðir  
frægðar gjarn í fornu  
fund Hákonar -sundi.  
Stránger hitti þar þengill  
þann jarl, er var annarr  
æztr, ok ætt gat bezta  
únger á danska túngu.

i. e. Rex potens, gloriæque cupidus,  
necesse sibi esse dixit  
Hakonis petere congressum  
in vetusto freto Saudungensi.  
Severus juvenis rex hic offendit  
dynastam, qui erat præstantissimus  
alter et optimo natus genere  
Danica lingua loquentium.

Marcus Skeggii filius (Markús Skeggjason), per annos 1084—1107 legifer Islandiæ († 1107; cfr. Safn til sögu Íslands II, 20—21), qui de Erico Bono Rege Daniæ carmen composuit, in eodem carmine foundationem archiepiscopatus Lundensis, cui, ut satis notum est, non solum Dania, sed etiam Svecia, Norvegia et Islandia subjecta fuit, hoc modo commemorat (Knyttlinga s. c. 80: Fornm. s. xi, 314 cfr. xii, 256):

Dróttum lét í Danmörk settan  
döglíng grundar skamt frá Lundi  
erkistól, þann er öll þjóð dýrkar,  
eljunþúnger, á danska túngu.  
Hildínger framdi heilagt veldi;  
hvargegnan má Özur fregna,  
hónum vísar hölda reynir  
himna stíg, til biskups vígðan.

<sup>1</sup> Exempla vide in tractatu Pauli Vidalini de voce Dönsk túnga, ante allato; — N. M. Petersen. Det danske, norske og svenske Sprog Historie. Kbhavn 1829. 8vo. I, 15 sqq. — Afhandling om Benævnelserne af Norges Land, Folk og Sprog, in Collectione quæ dicitur Norske Samlinger. tom. II (Christiania 1834. 4to), pag. 379—507; C. C. Rafn, Antiquités de l'orient, monuments runographiques, Copenh. 1836. 8vo. introd. p. XII—XLVIII.

i. e. Indefessa fortitudine spectatus terræ princeps  
 sedem archiepiscopalem, quam omnes Danica  
 lingua loquentes venerantur, in Dania prope  
 a Lundo, in gratiam hominum, ponendam curavit.  
 Rex sacrosanctam potestatem promovit;  
 constat Özorem, civium commodis ubique obvium,  
 cui hominum explorator viam coelestem  
 commonstrat, [archi]episcopum inauguratum esse.

Auctor Historiæ Cnutidarum, qui contentum strophæ eo modo dedit, ut interpretetur: „skyldu þar allir Danir til þjóna” (i. e. cui omnes Dani subjecti essent) aut negligenter scripsit, aut nomini Danorum antiquo more, ut demonstravimus, latiore significationem dedit.

Einarus Skulii filius (Einarr Skúlason), vir Islandus clerici ordinis et celebris poëta, carmen encomiasticum de Olavo Sancto Rege Norvegiæ composuit, et anno 1152 præsentibus cardinali Nicolao Albanensi episcopo, tribus Norvegiæ regibus, Eysteino archiepiscopo Nidrosiensi et coetu frequentissimo Norvegorum et Islandorum recitavit (cfr. Diplom. Island. 1, 205 sqq.), quod carmen Geisli (i. e. Radius solis) dictum est. Hic inter alia miracula sancti Olavi ibi enumerat sanationem hominis, cui lingua ex ore exstirpata fuerat, quod miraculum per totas regiones, Danica lingua loquentes, gloriam Sancti regis auxisse dicit (Geisli, str. 26<sup>1</sup>: Fornm. s. v, 357 cfr. XII, 119):

Mál fékk maðr, er hvílir  
 margfríðr jöfurr, síðan  
 áðr sá er orða hlýðu  
 afskýfðr farit hafði.  
 Fræðð vinnr fylkis Egða  
 fólksterks af því verki;  
 jöfurs snilli fremst alla  
 úngs á danska tungu.

i. e. Postea vir, cujus lingua  
 exsecta fuerat, loquelam  
 recepit eo loco quo rex  
 forma eximius, quiescit.  
 Quod factum, gloriam strenui  
 Agdensium regis late divulgavit;  
 omnes Danica lingua loquentes  
 virtutem juvenis regis prædicant.

Postquam, ut jam monstrabimus, appellatio linguæ mutari coepit, tamen nunquam appellationem „norrœna” apud poëtas invenimus, sed semper antiquissimo more „dönsk tunga”. Hanc appellationem etiam adhibet frater Eysteinnus Asgrimi (Eysteinn Ásgrímsson), per aliquot annos Canonicus regularis ordinis Augustini, primum Veri s. Thykkvabæi in Islandia, deinde

<sup>1</sup> Carmen Geisli in codice Holmiensi inter Islandica mbr. Nr. 1, qui Bergianus (pejus Byrgerianus) dicitur, optime conservatum est, quo hic in uno et altero vocabulo corrigendi cura est sumus; sed tamen in eo, quod hic cardo rei est, omnes consentiunt.

Sanctæ Sedis (i. e. Helgiseter) in Norvegia<sup>1</sup>, inter celeberrimos poëtas Islandos numeratus, qui circa medium seculi quarti decimi († 1361) carmen, Liliū (Lilja) dictum, in honorem sanctæ Mariæ virginis composuit, ubi, quamvis Islandus, linguam Danicam more antiquorum poëtarum suam maternam linguam appellat (Lilja str. 4; ed. in F. Joh. Hist. Eccl. II, 398—464 et separatim Hafn. 1858. 12mo):

Fyrri menn, er fræðin kunnu  
 forn ok klók á sínum bóku  
 slúngin mjúkt af sínum kóngum  
 súngu lof með danskri túngu;  
 í þvilíku móðurmáli  
 meir skyldumst ek, en nokkurr þeirra,  
 hræðan dikt með ástar orðum  
 allsvaldanda kóngi at gjalda.

- i. e. Veteres, qui scientias calluere  
 antiquas et sapientia plenas in suis libris  
 artificiose concinnatas de suis regibus  
 laudes cantaverunt Danica lingua;  
 tali materna lingua  
 magis obligor quam eorum quisquam  
 devotum carmen verbis amoris plenum  
 omnipotenti regi persolvere.

Si ad prosam orationem nos convertimus, inter antiquissima scripta invenimus Leges, et speciatim codicem Islandicum Grágás, cujus magna pars, et nominatim jus criminale Víglóði, testante Ario, scriptum est anno 1117—18. Ex pluribus ejus locis apparet, Islandos linguam maternam nunc linguam suam (vor túnga) nunc linguam Danicam (dönsk túnga) appellasse, et eo quidem tempore linguam suam communem cum Danis, Svecis et Norvegis habuisse. Ex multis locis afferemus duos, scilicet:

a) Grágás. Þingskapa þáttur cap. 1: „Þann mann skal eigi í dóm nefna, er eigi hefir mál numit í barnæsku á danska túngu, áðr hann hefir verit þrjá vetr á Íslandi, eða lengr”; i. e. eum hominem judicem non eligunt, qui in pueritia lingua Danica loqui non didicit, nisi antea tres hiemes aut ultra in Islandia fuerit (Grágás secundum codicem Regium, c. annum 1230, et codi-

<sup>1</sup> Finn. Joh. Hist. Eccl. Isl. I, 527; Lange, Norsk Klosterhistorie. ed. sec. p. 225.

cem Arna-Magnæanum c. 1275 exaratum, ed. Vilhjálmr Finsen 1, 38; ed. Arna-Magn. 1, 16).

b) Vígslóði cap. 37: „Ef útlendir menn verða vegnir hér á landi, danskir, eða sœnskir eða norrœnir . . . . um þau þrjú konúngaveldi er vor tunga er. En . . . af öllum löndum (al. túngum) öðrum, en af þeim túngum er ek talda nú (al. danskri túngu)” et cet.; i. e. si forte homines externi in hac terra occisi fuerint, Dani, aut Sveci aut Norvegi . . de tribus illis regnis, ubi nostra lingua viget. Sed . . . de omnibus aliis terris (linguis), exceptis iis, quæ linguis mox enumeratis (linguæ Danicæ) adhærent, etc. (ed. Fins. 1, 172; ed. A. Magn. II, 71-72).

Similia in codice legum Jónsbók, de anno 1280, occurrunt, ex antiquioribus legibus desumta. Ibi in jure hæreditario (Arfatökur c. 23) dicitur: „Nú andast útlendr maðr hér, af Noregs konúngs ríki . . . . Svo skal ok fara um arf danskra manna ok svenskra, ef þeir andast hér; en af öðrum túngum en danskri skal engi maðr at frændsemi arf taka, nema”, etc.; i. e. Si homo externus ex imperio regis Norvegiæ hic mortuus sit . . . Eadem regula valet de hæreditate hominum Danicorum vel Svecorum, si hic mori contigerit; sed ex ceteris linguis, quam Danica, nemo respectu consanguinitatis capiet hæreditatem, nisi etc. (Jónsb. ed. 1578, plag. L).

Inter antiquissima Islandorum scripta sunt sermones sacri, quorum v. c. magna collectio, seculo duodecimo scripta, in bibliotheca regia Holmiensi servata est (Island. cod. membr. Nr. 15. 4to. folia 102 continens). In hoc codice folio 16. verso incipit oratio, quæ in jejunio quatuor temporum legi debuit, quæque deinde fortasse per plures codices migravit, et inter eos in codicem membraneum Arna-Magnæanum Nr. 114 A. 4to., qui leges Norvegicas continet, et in Norvegia intra annos 1330 et 1355 scriptus esse et in possessione familiæ Bjarköyensis fuisse putatur. In hoc sermone inter alia de formatione vocabuli Imbrudagar<sup>1</sup> ita disputatur:

Þú þottu. Ymbrel þetta tkur<sup>1</sup> a  
lacinu. en ú-blavndú tamá laa'  
nu, 2 danskri tungu. þa é kottu  
imbrudagha þer é tkurdaghar  
þat þu uonu þtt till regni letter

<sup>1</sup> Revera hoc vocabulum formatum est ex: „Quatuor temporum” (scil. jejunium) — Qua-  
mber — Himber — Imbra. — In Islandia vulgo traditum esse dicit Arnas Magnæus: vixisse  
in Islandia occidentali fœminam, nomine Ymbra, quæ divitiis pollens, quotannis amicos suos  
quater convivio excepit, unde dies convivales Ymbrudagar (dies Ymbre) appellati sint. Quod,  
ut jam indicatum est, nugæ sunt. — Apud Danos vulgaris denominatio formata est: Tamperdag.



„[Sua sem merkir nafn þat, er vèr gefum] þessi föstu. Imbres heita skúrir á Latinu, en vèr blöndum saman Latinu ok danskri túngu, þá er köllum imbrudaga, þat er skúrdagar, því at þeir voru fyrst til regns settir”; i. e. ut significat nomen, quod huic jejunio tribuimus. Imbres Latine pluvia dicitur, nos autem utramque linguam Danicam et Latinam confundimus, dicentes imbrudagar, id est: imbrium dies, quoniam in principio ad imbres positi erant.

Tractatus philologici, qui in codice Wormiano cum Edda Snorriana junguntur, præclaram lucem huic rei afferunt. In primo tractatu, circa annum 1140 scripto (Snorra Edda II, 10-43), auctor, qui nullos libros historicos lingua vernacula scriptos, præter scripta Arii polyhistoris, cognovisse videtur, sibi propositum esse dicit, exemplum Anglorum imitanti, alphabetum „nobis Islandis” conscribere, quare plurimis locis „nostrum sermonem”, „nostram linguam”, „nostrum alphabetum” (vort mál — vor túnga — vort stafrof) appellat. Uno tantum loco „linguam Danicam” (danska túngu) eo modo nominat, ut perspicuum sit eandem esse, quam „nostram linguam” ceteris locis appellavit. — In tractatu secundo, serius quidem, sed tamen ante annum 1200 scripto, nunquam occurrit denominatio dönsk túnga, neque norrœna, sed tantummodo „vor túnga” (nostra lingua). — In tertio tractatu, quem Olavus hvítaskald circa vel ante annum 1250 scripsit, semel tantum occurrit denominatio „í danskri túngu”, cum variatione „í norrœnni túngu”, sed sæpissime „í norrœnu — norrœnu stafrofi — norrœnu máli — norrœnu skáldskap”. Uno loco opponitur scribendi ratio Germanorum et Danorum (þýðerskir menn ok danskir) ei rationi, quæ in lingua septentrionali (norrœnu máli) usurpetur (Sn. Edda II, 134), quamque recentiorem esse auctor judicat. — In præfatione, quæ post Snorrii Sturlæi tempora scripta est, vel certius interpolata, quum ejus auctoritate nitatur, et ad tempora seculi quarti decimi a nonnullis relata, prisca denominatio „í danskri túngu” adhibetur, sed in tractatu quarto, circa medium seculi quarti decimi ut videtur scripto, qui fortasse Priori Munkathveraensi Bergo Sokkii filio tribuendus est, nomen „norrœna”, „norrœnu-skáldskapr”, tantummodo occurrit.

Apud auctores historicos terminum satis certum in ætate Snorrii Sturlæi habemus, quum ante ejus tempora nomen „dönsk túnga” fere unice occurrat, postea vero „norrœna” maximum valeat. Neque loci desunt, sive apud nostros, sive apud exteros exempla quæramus, qui demonstrare possint linguam totius septentrionis, sive nominatim trium regnorum septentrionalium et Islandiæ, unam eandemque fuisse. Ita verbi causa Ælnothus, natione Anglus, qui circa annum 1110 Historiam S. Canuti Daniæ regis scripsit, aperte testatur, dicens: „Aquilonales autem, qui ob situm regionum

Normanni dicuntur, et Ysonii (i. e. Islandi), qui etiam ob hiemis ibidem vehementiam et longioris glaciei seriem, Glaciales, tam patria, quam Normanica et Danica lingua vocantur" (Langebek Scr. Rer. Dan. III, 331), quæ verba satis accurate reddunt denominationes „vor túnga" i. e. islenzk túnga, sive „túnga Íslendinga", „norrœna" et „dönsk túnga". — Similiter etiam fragmentum Islandicum, circa annum 1222 ut videtur scriptum, de Canuto Danorum rege ita verba facit: „Knútr, er Landbertus hét skírnarnafni, ok kallaðr er á danska túngu ok norrœna Knútr ríki" i. e. Canutus, qui in baptismo nomen Landberti nactus est, et lingua Danica et Norvegica Canutus potens est appellatus (Langeb. Scr. Rer. Dan. II, 426); quibus verbis clare indicatur, eandem linguam esse Danorum et Norvegorum. Nec minus indubium est, verbis „á danska túngu" omnes terras septentrionales, et præcipue Daniam, Norvegiam atque Sveciam indicari. Inter exempla quæ hoc probant sufficiat hæc afferre: Historia Cnutidarum, s. Knyttlinga saga, cap. 17. (Fornm. s. XI, 201) de Canuto Magno Daniæ Rege dicit: „Hic appellatus est Canutus potens, sive Canutus grandævus, fuitque potentissimus rex et latissimi imperii omnium, qui lingua Danica utebantur<sup>1</sup>. — De Olavo Tryggvii filio, Norvegiæ rege, quasi una voce dicunt auctores, Gunnlaugus et Oddus (c. 1200), et compendium Historiæ Norvegiæ, Fagrskinna dictum (c. 1250): hunc celeberrimum fuisse omnium principalium virorum, Danica lingua utentium, sive in iis regionibus, quæ Danica lingua utebantur (Fornm. s. III, 10; X, 364; Fagrsk. p. 66)<sup>2</sup>. De Ingebjarga, filia regis Upsaliensis in Svecia dicitur: hanc fuisse formosissimam virginem et sapientissimam omnium Danica lingua utentium, seu intra fines linguæ Danicæ (Hervarar saga in Fornald. sög. Norðrl. I, 516 secundum codicem membraneum Domini Hauki Erlendssonii, ante et post annum 1300 scriptum)<sup>3</sup>. — Notissimus est locus in Præfatione operis historici Snorrii Sturlæi, in quo historia Ynglingorum Sveciæ regum et deinde regum Norvegiæ primum locum tenet, ubi auctor dicit se in hoc libro historiam eorum principum, qui in terris septentrionalibus regna tenuissent et Danica lingua usi fuissent, describendam curasse (Snorri Sturlus. Heimskr. in Præfatione.)<sup>4</sup>.

Post Snorrii tempora, vel post medium seculi tertii decimi, apud auctores prosæ orationis nomen linguæ „norrœna" sive „norræn túnga" plane

<sup>1</sup> „Hann var kallaðr Knútr hinn ríki eða Knútr gamli, hann hefir verið ríkistr konúgr ok víðlendastr á danska túngu".

<sup>2</sup> „Þvílíkr höfðingi . . . er þá var frægastr á danska túngu".

<sup>3</sup> „dóttur Ýgva konúngs at Uppsöllum, Íngibjörgu, þá mey, er fegrst var ok vitrust á danska túngu".

<sup>4</sup> „Á bók þessi lét ek rita fornar frásagnir um höfðingja þá, er ríki hafa haft á Norðr-löndum ok á danska túngu hafa mælt".

eodem modo atque antea dönsk túnga usitari cœpit, ita ut interdum de Norvegis speciatim, interdum de Norvegis et Islandis communiter, qui semper pro uno fere populo habebantur, interdum peculiariter de Islandis, interdum tandem etiam de omnibus terris sive populis septentrionalibus valeat. Ad hæc probanda innumerabiles fere loci scriptorum adferri possunt; nobis sufficiat unum et alterum locum ad has significationes probandas afferre, qui facile multiplicari possunt.

De linguæ appellatione in ipsa Norvegia duo exempla ex auctoribus Islandis afferemus, qui maximæ auctoritatis sunt. Snorrius Sturlæus de Haraldo Gillio refert, qui in Hibernia educatus exinde in Norvegiam venit (1129) et posthac regnum ibi adeptus est: „Linguæ Norvegicæ usus impeditior illi erat, adeo ut in verbis proferendis magnopere hæsitaret et balbutiret, quod multis derisui fuit” (Snorr. Hkr. Saga Sigurðar Jórsalaf. cap. 34)<sup>1</sup>. Simili modo auctor vitæ Laurentii, episcopi Holensis (presbyter Islandus Einar Halliðason 1307—1393?) de clerico quodam Johanne, qui ex Flandria venerat (c. 1294) et igitur Flandricus (Flæmingi) appellatus est, retulit: „Johannes Flandricus ideo minori usui fuit archiepiscopo in litibus ejus cum canonicis Nidrosiensibus, quod lingua „norrœna” (Norvegica) uti non potuit, et sermo ejus a vulgo non intellectus est, nam omnia Latine, Gallice vel etiam Flandrice loquebatur” (Laurentius saga, cap. 9: Biskupa sögur 1, 799)<sup>2</sup>. — Alteram significationem, quæ linguam Norvegiæ et Islandiæ communi nomine „norrœna” appellat, multa exempla probant, quorum unum tantum afferemus; narratur enim, Vitam Alexandri et Historiam Judaicam a presbytero Islando Brande Jonæo (Brandr Jónsson) postea episcopo Holensi (1263—1264), in linguam „norrœnam” translata esse, his verbis: „Hunc librum ex sermone Hebraico in Latinum transtulit sanctus Hieronymus presbyter, in „norrœnum” autem sermonem vertit Brandus Jonæus presbyter, qui deinde episcopus Holensis fuit, jubente domino Magno rege, filio Hakonis regis grandævi<sup>3</sup> (Cod. membr. A. Magn. Nr. 226 Fol. col. 638 in fine). — Nec minus lingua vernacula Islandorum his temporibus eodem nomine appellatur, ut verbi causa in præfatione Snorrii: „Arius presbyter polyhistor primus in hac terra (Islandia) scientias

<sup>1</sup> „Haraldi (gilla) var stírt mjök um norrœnt mál, ok kyfði mjök til orðanna, ok höfðu margir menn þat mjök at spotti.”

<sup>2</sup> „Mátti því Jón flæmingi miðr gagna erkibiskupi í deilum þeirra kórsbræðra, at hann kunni ekki norrœnu at tala, ok skildi alþýðan ekki mál hans, því at hann talaði allt á Latínu, Fransísku eðr Flæmsku.”

<sup>3</sup> „Þessa bók færði hinn heilagi Jeronimus prestur or eðresku máli á Latínu ok í norrœnu sneri Brandr prestur Jónsson, er síðan var biskup at Hólum, eptir boði herra Magnúsar kóngs, sonar Hákonar kóngs gamla.”

antiquas et novas sermone „norræno” (Septentrionali v. Islandico) conscripsit” (Heimskr. in præfat.; cfr. Historiam Olavi Sancti in Prologo)<sup>1</sup>. In vita Laurentii episcopi Holensis in Islandia (1326): „Dominus Laurentius sermone „norræno” (materno v. Islandico, oppos. Latino) usus est” (Laurentius saga c. 55: Bisk, s. 1, 861)<sup>2</sup>. Eodem modo in libris daticis (máldagar) ecclesiarum Islandicarum codices, Islandico sermone scripti, et in Islandia compositi aut translati, sæpissime recensentur sub nomine „norrænu-bækkr” (libri Septentrionales v. Islandici)<sup>3</sup>. Denique etiam nomen linguæ „norræna” de lingua Septentrionali in universum, sive de terris septentrionalibus, adhibitum est, v. c. in Historia Hakonis Hakonidæ a Sturla Thordi filio († 1284) scripta (Formn. s. x, 76—77), ubi nominat auctor Absalonem, ex ordine Prædicatorum, qui minister provincialis omnibus monasteriis huic ordini adhaerentibus per regiones lingua Septentrionali („norræna”) utentes præfectus fuit<sup>4</sup>. At fuit frater Absalon minister provincialis ordinis Prædicatorum (S. Dominici) per provinciam Daciæ, quæ omnia regna septentrionalia complectebatur. Hoc loco igitur denominatio „norræn túnga” plane eodem modo ac antea „dönsk túnga” occurrit. — Postquam Norvegi linguam vernaculam in scriptis adhibere cœperunt, et Islandi suam cum illis linguam et literaturam communem fere esse judicarunt, nomen linguæ „norræna” magis magisque seculo tertio decimo et quarto decimo invaluit, deinde cum nomine „Íslenzka” sive „íslenzk túnga” promiscue adhibitum est, ad postremum vero obsolevit. Apud poëtas Islandos, ut antea demonstratum est, seculo quarto decimo adhuc valuit denominatio antiquissima „dönsk túnga”.

<sup>1</sup> „Ari prestur enn fróði ritaði fyrstr manna hér á landi at norrænu máli fræði, bæði forn ok nýja.”

<sup>2</sup> „Herra Laurentius talaði á norrænu.”

<sup>3</sup> „Marteins saga uppá norrænu” (Vita S. Martini Turonensis). — „Kristinnrættir á norrænu” (Jus ecclesiasticum). — „Ceciliu saga á latínu ok norrænu” (vita S. Cecilie); — „bækri iij á norrænu” (tres codices); — „Andres saga á norrænu (vita S. Andrew). Libri datici ecclesiarum: Grenjadarstaðr, Hrafnagil, Saurbær, Vellir, Urðir, de annis 1318 et 1394. — „Jónas saga (baptiste) á norrænu” (vita Johannis Baptistæ); „Nikolaus saga á Latínu ok norrænu” (Vita S. Nicolai Myrensis); „Martini saga á Latínu ok norrænu”; „Sermonsþók á norrænu” (Liber Sermonum). Libri datici ecclesiarum: Tjörn í Svarfaðardal, Mælifell, Grenjadarstaðr, Skinnastaðir, anno 1394. — „xiiij ok xx Latínu bækri ok norrænu” (Codices Latini et Islandici triginta quatuor); „hálfir fjórði tugr norrænu bóka, ítem nærri hundræði latínabóka” (Codices Islandici triginta quinque, Latini fere centum); „í norrænu bóku . . . Annals fornir á x bóku ok lögbók þar í” (decem volumina antiquorum annalium cum codice Legum). Libri datici monasteriorum Islandicorum in Kirkjubæ, Helgafell et Viðey 1397. — „Þorláks saga á norrænu” (vita S. Thorlaci episcopi Schalholtensis Islandice). Liber dat. ecclesie Hof in Rangarvallis 1397.

<sup>4</sup> „Absalon prædikari, er provincialis var af öllum prædikara klaustrum á norrænni túngu”.

Quamvis igitur sæpius vocabulum „norrœnn” de Norvegis et „norrœna” non raro de Norvegorum lingua (quæ etiam re vera septentrionalis fuit) speciatim usitetur, tamen non rarius sensu generali (= septentrionalis), vel etiam sensu qui Norvegiam excludebat, adhibitum est. Et sic inter exterarum nationum nomen Nordmannorum cum Danorum vario modo jungi et misceri perseveravit, ut ex verbis auctoris cujusdam Gallici seculi quarti decimi videre licet, qui ita verba facit: „Nortmanni lingua barbara dicti sunt, quasi homines septentrionales, eo quod ab illa mundi parte venerunt, scilicet a Scythia inferiori, quæ secundum Isidorum terra barbarica vocatur. Sunt origine Dani, quia de Dacia egressi sunt”<sup>1</sup>; qui locus etiam communem inter auctores Gallicos sententiam de situ geographico Daniæ (= Daciæ) hujusque denominationis etymologia perspicue demonstrat. Seculo sexto decimo adhuc nomen antiquissimum „dönsk túnga” in Islandia adhibitum invenitur, nam in literis, ab episcopo Holensi Jona Arasonio et ceteris magnatibus ad regem Christianum tertium anno 1540 missis rogant, ne quem Islandiæ præfectum constituat, qui non ex lingua Danica esset (sem „ekki er af danskri túngu”, i. e. ex Dania, Norvegia vel Islandia oriundus)<sup>2</sup>. Editiones librorum, in Islandia seculo sexto decimo paratæ, partim, ut tituli ferunt, in „norrœna”, partim in „íslenzka” lingua prodeunt, in qua re editio princeps Novi Testamenti, ab Oddo Gottschalkio (Oddr Gottskálksson) instaurata, palmarium nobis exemplum præbet. In privilegio regis Christiani Tertii ad librum edendum, dato Hafniæ in octava omnium sanctorum 1539, hic liber ab editore in sermonem Islandicum<sup>3</sup>, in titulo autem in „norrœnum” sermonem, translatus esse dicitur („útlögð á norrœnu”). Eodem modo Postilla sive Liber homiliarum Antonii Corvini, ab eodem Oddo Gottschalkio anno 1546 editus, in titulo dicitur in „norrœnum” sermonem translatus esse, („á norrœnu útlagðar”), in præfatione vero dicit auctor, sibi necessarium visum esse, hunc librum „in sermonem nostrum Islandicum” vertere („at snúa þessari sömu Corvini postillu í vort íslenzka túngumál”). — Inter libros, quos anno 1542 ex Hafnia Islandiam misit episcopus Skalholtensis Gizurus Einari (Gizur Einarsson) numerat: Sermones de Sanctis Islandice („Postilla de sanctis í íslenzku”). Liber epistolaris Gizuri in collect. AMagn. Nr. 266 Fol. pag. 33. Ex his exemplis plane innotescit, his temporibus omnes tres denominationes linguæ („dönsk túnga; — norrœna; — íslenzka”) adhuc notas fuisse, neque dubitari potest, quin hoc ultimum nomen maternæ

<sup>1</sup> Langebek, Ser. Rer. Dan. II, 18; confr. etiam P. E. Mülleri in Saxonem Prolegomena pag. 10–12.

<sup>2</sup> Safn til sögu Íslands II, 206.

<sup>3</sup> „Hand hæfuer wdsett thet nye testamente paa Íslands tunghe”. Edit. fol. Aij; M. Ketilsu. Forordn. for Ísland I, 223.

linguæ Islandorum diu jam usitatum fuerit, quamquam ex hoc tempore in libris scriptis frequentius prodire cœperit.

Ex eo inde tempore, quum scripta antiqua edi cœpta sunt, et literatura antiqua a Svecis, Danis et Norvegis recoli, multa nova in hac re disceptabatur, quum omnes sibi linguam et literaturam vindicare desiderarent. Sveci primum „linguam antiquam Gothicam” (Verelius), deinde „linguam antiquam Septentrionalem” (Peringsköld), postremo „linguam Islandicam” (Sjöborg, Hammarsköld) appellarunt. Dani, partim ab Islandis informati, primum linguam Asianam (Ásamál) et Runicam (Rúnamál), vel etiam Danicam (Dönsk túnga) vocarunt, partim tractatus Olavi Hvítaskald non recte intellectos<sup>1</sup>, partim appellationem vetustissimam secuti. Seculo sexto decimo et sequenti vulgo in Dania et Norvegia frequentissimum fuisse videtur nomen „lingua Islandica”, quod ex scriptis Undalini et Wormii apparet<sup>2</sup>. Libri virorum Islandorum Runolphi Jonæ (Runólfr Jónsson) et Gudmundi Andræ (Guðmundr Andrèsson), circa medium seculi septimi decimi conscripti, primum appellationem generalem, quæ postea invaluit, adhibuerunt<sup>3</sup>, quam nostris temporibus, quum Societas Antiquariorum Septentrionalium libros antiquos edere incepit, voce Danica „Oldnordisk” reddiderunt. Neque hoc sine ratione sufficiente factum est, nam si nostro tempore lingua Danica (dönsk túnga) pure more antiquissimo appellaretur, facile inde error oriretur, ut cum hodierna lingua Danica confunderetur. Idem valeret de appellatione lingua Norvegica (Norsk) et de obsoleta medii temporis denominatione „Nor-

<sup>1</sup> Loci isti apud scriptores antiquos, qui nominibus „Ásamál” et „Rúnamál” ansam dedisse videntur, hi sunt: a) Snorra Edda Præfatio (I 28): „þeirra túnga, Ásiamaña, var eigin túnga um öll þessi lönd”, i. e. lingua Asianorum (= Asarum) in his omnibus regionibus (septentrionalibus) propria fuit, conf. tractatum Olavi hvítaskald in SE. II, 94. — b) Tractatus Olavi in SE. II, 62—189, præsertim hæc verba: „Samhljóðendr eru ellefu í rúna máli”, i. e. diphthongi in sermone (rectius: alphabeto) Runico sunt undecim, SE. II, 72, cfr. pag. 78.

<sup>2</sup> Ericus Broekenhuus, præfectus Mandalensis in Norvegia 1567 († 1583), retulit se codicem Biblicum in linguam Islandicam translatum („udsæt paa islandiske Maal”) ante trecentos annos scriptum vidisse. Peder Claussøn Undal Norriges Beskrivelse. Hafn. 1632. 4to. pag. 157. — Lingua Islandicæ („Islands Sprog”), et: Lingua Islandica, quæ nostra antiqua genuina lingua fuit („Islandisk, som var vor rette gammel Maal”). Olaus Wormius in Dedicacione ad Cancellarium regni Norvegiæ Christophorum Urne 7. Febr. 1633, præmissa editioni Heimskringla interpr. Petr. Claus. Undal. Hafn. 1633. 4to., quod mox idem Wormius in Præfatione libri ita alio modo exprimit: Antiqua lingua Norvegica, quæ adhuc in Islandia usitatur et olim per omnia hæc regna septentrionalia in usu fuit („Det gamle norske Maal, som de endnu bruger paa Island og i forðum Tid var gangs i alle disse nordiske Riger”).

<sup>3</sup> Lingua Septentrionalis elementa (auctor Run. Jon.) 1651. 4to. — Recentissima antiquissima linguæ septentrionalis incunabula, i. e. Grammaticæ Islandicæ rudimenta (auctor. Run. Jon.). Hafn. 1651. 4to. — Lexicon Islandicum sive Gothicæ Runæ vel linguæ Septentrionalis dictionarium (auct. Gudmund. Andræ). Hafn. 1683. 4to.

rœna", quæ, si sensu speciali Norvegico sumeretur, prave indicaret libros omnes ad hanc literaturam pertinentes in Norvegia, vel a Norvegicis auctoribus, vel dialecto Norvegica esse conscriptos, quum hoc de minima earum parte dici possit. Appellatio singularis Norsica (Norse) omni auctoritate caret, quum hæc denominatio non re vera nisi de populari quadam dialecto linguæ valeat, posteriori tempore in Orcadibus et insulis adjacentibus aliquatenus conservata. Nomen ex Islandia maximo quidem jure sumeretur, non solum quia ex parte potiori hæc denominatio fieret, quum ex carminibus historicis, quæ materiam huic operi præbuerunt, certe longe major pars in Islandia vel ab Islandis composita, omnia vero per eorum operam et industriam conservata sint, sed etiam propterea, quod, etsi lingua optimo jure Septentrionalis appellatur, tamen per solos auctores Islandicos ad classicam dignitatem evecta est. Neque hæc denominatio eodem modo, atque illæ de Dania et Norvegia sumptæ, falsam de hodierna lingua imaginem provocare posset; tanta enim inter linguam antiqui et hodierni seculi in Islandia similitudo adest, ut si opera historica Arii sive Snorrii Sturlæi pagano Islandico recitare velis, plane te intelligat, et ipse eodem modo, eadem in sermone formando et componendo leges linguisticas sequens, se exprimat. Sed Islandi semper re ipsa contenti fuerunt, quod

per varios casus, per tot discrimina rerum linguam patrum et literaturam et traditiones antiquitatis tam fideliter colere et servare iis contigit. Et præterea, quum non solum eorum opera, sed etiam ex aliqua parte Norvegorum, Danorum, Insularium, forte etiam Svecorum in hoc opere sint accommodata, quin nomen generalius sumendum esset minime dubitandum esse videbatur. Unum desiderium erat, nimirum ut vocabula in metricis inscriptionibus Ruinica conservata colligi et operi adjici possent, sed quum spes, quæ nobis de hac re fuit, ad tempus nos fefellit, in futurum tempus referenda est.

Scripsimus Hafniæ mense Decembri anni MDCCCLX.

SERIES ALPHABETICA,  
QUÆ IN HOC LEXICO OBSERVANDA EST:

a b d e. (ę. æ.) f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. (p. ö. ø.) p. r. s. t. u. v.  
x. y. z. þ. ð.

INDEX SIGLORUM.

*A.* = Amatorium carmen, i. e. Man-  
sungsdrápa in calce codicis Regii Eddæ  
Sæmrianz (vide Cod. Reg. infra), non-  
dum editum; vide F. xi præf. p. 8  
(Sbl. x, 193). *Numerus stropham*  
*indicat.*

*AA.* = ANTIQUITATES AMERICANÆ,  
sive Scriptores Septentrionales Rerum  
Aste-Columbianarum in America, studio  
et opera Caroli Chr. Rafn. ed. Socie-  
tas Regia Antiquariorum Septentriona-  
lium. Hafniæ 1837. 4to. *Numerus pa-  
ginam indicat.*

*abs.* = absolute.

*acc.* = accusativus, -ve.

*acc. s. msc.* = accusativus singu-  
laris masculini.

*act.* = activum, -vi, -ve.

*Ad.* = ARINBJARNARDRÁPA, carmen  
æcomiasticum Egilli Skallagrimi, in  
honorem liberi baronis Arinbjörni. Egils  
saga. Hafn. 1809. 4to. p. 648-685.  
Sagan af Agli Skallagrimssyni. Reykja-  
vik 1856. 8vo. p. 201-205 confr.  
270-278. *Numerus stropham indicat.*

*Ad. str. ult.* = ARINBJARNARDRÁPA,  
strophæ ultima.

*adj.* = adjectivum.

*adv.* = adverbium.

*Ag.* = Arngrimi historia, i. e. stro-  
phæ, auctore fratre Arngrimo, Einare  
Gillæi et pluribus, ex Gudmundar saga,  
sive historia Gudmundi episcopi Ho-  
kensis, auctore fratre Arngrimo (BISKUPA  
SÖGUR Tom. II).

*al.* = alias.

*Alex.* = ALEXANDERS SAGA, ed.  
C. R. Unger. Christiania 1848. 8vo.

*alt. rec.* = altera recensio (scil.  
Fagrskinnæ).

*Alvm.* = ALVISMÁL, carmen in Edda  
Sæmundina, ed. Arna-Magn. Tom. I.  
Hafn. 1787. 4to. p. 251-270; — ed.  
Rask, Holm. 1818. 8vo. p. 48-51;  
— ed. P. A. Munch. Christianiæ 1847.  
8vo. p. 33-35; — ed. Lüning. Zürich  
1859. 8vo. p. 186-187; — ed. Möbius,  
Leipzig 1860. 8vo. p. 40-44. *Nu-  
merus stropham indicat.*

*AM.* = Arnas Magnæus (Árni Magn-  
ússon) = Arna-Magnæana (editio).

*Am.* = ATLAMÁL bio grænlenzku,  
carmen in Edda Sæmundina, ed. von  
der Hagen, Altnord. Lieder u. Sagen,  
Berlin 1812. 8vo. p. 81-92; — A.  
Magn. Tom. II. Hafn. 1818. 4to. p.  
411-486; — Rask p. 251-264; —  
Munch p. 150-159; — Lüning p. 452-  
478; — Möbius p. 181-193. *Numerus*  
*stropham indicat.*

*A. Magn.* = AM.

*Anecd.* = Anecdoton historiam Sver-  
reri regis Norvegiæ illustrans, ed. E.  
Chr. Werlauff. Hafn. 1815. 8vo. Ite-  
rum ed.: Om den norske Kirkes For-  
hold til Staten. Cum Speculo Regali  
(Sks.). Christianiæ 1848. 8vo. p. 176  
—192. *Numerus paginam indicat in*  
*editione Werlauffiana.*

*Angl.* = Anglice.

*Ann. f. nord. Oldk.* = ANO.

*AnO.* = ANNALEB FOR NORDISK



OLDKYNDIGHED OG HISTORIE ed. Societas Reg. Antiquar. Septentr. Kjøbenhavn. 1836 et sequ. 8vo.

*Anvisn. t. Isl.* = Anvisning till Isländskan eller Nordiska fornpråket af RASK. Stockholm 1818. 8vo.

*appell* = appellatio, -ne, -nibus.

*AR.* = ANTIQUITÉS RUSSKS d'après les monuments historiques des Islandais et des anciens Scandinaves, editées d'après la rédaction de C. C. Rafn par la Société Royale des Antiquaires du Nord. Copenh. 1850. 1852. Tom. I-II. 4to maj. *Primus numerus Tomum, secundus paginam, tertius stropham indicat.*

*Ar. Hjör.* = ARONS SAGA HJÖRLEIFSSONAR, mscr. (nunc edita in BISKUPA SÖGUR, útg. af h. íslenska Bókmentafélagi. Kaupmh. 1858. 8vo. I, 619-638). *Prior numerus caput, posterior stropham indicat.*

*Arn.* = ÁRNA BISKUPS SAGA, edita cum Sturlunga saga. Hafn. 1820. 4to, et iterum in BISKUPA SÖGUR I, 677-786. *Numerus caput indicat.*

*Arnius Bödvarides* = Árni Bödvarsson, vir literatus et inter poëtas rhythmicos Islandiæ seculo XVIII. notabilis (v. þrjóta, stropha citata ex Úlfars rimur XVI, 3 desumta).

*art.* = articulo.

*AS.* = Anglosaxonicus, -a, -um, -e.

*Auct. ling. Lat.* = Auctores Latinae linguae in vnum redacti corpus, ed. Dion. Gothofredi. (Argumentati). 1595. 4to. (Sex. Pompei Festi de verborum significatione. Libri xx. p. 241-478).

*Band.* = BANDAMANNA SAGA, ed. Björn Markússon in collectione quæ dicitur: Nokkrir margfróðir sögu-þættir Íslendinga. Hólum 1756. 4to. p. 1-15; et iterum Halldór Friðriksson in: Nordiske Oldskrifter. x. Kjöbenhavn. 1850. 12mo. *Numerus stropham indicat.*

*Barb.* = barbære, barbarice.

*Belg.* = Belgice.

*Bell. Alex.* = Bellum Alexandrinum Julii Cæsaris (A. Hirtii).

*Beov.* = Beowulf, i. e. Ep. Scyld.

*B. Grönd.* = Benedikt Jónsson Gröndal, assessor tribunalis superioris in Islandia († 1825). (Kvæði Benedikts Gröndals, ed. Sveinbjörn Egilsson. Víðey 1833. 12mo).

*B. Grönd.* in musteri mannorðs. =

Benedikt Jónsson Gröndal: Interpretatio Islandica carminis Alexandri Pope: *Temple of fame*, ed. primum in Félag. x, 285-312; xi, 279-288; xv, 275-282; deinde in: Kvæði Benedikts Gröndals ed. Sveinbjörn Egilsson, p. 1-45.

*Bileams rím.* = BILEAMS RÍMUR, septem cantilenæ de historia Bileami (ex Numeri cap. 21-25), compositi a Jona Magni filio pastore Laufasensi (1636-1675), editi in libello: Ein lítil psálma og visnabók. Hólum 1756-57. Tom. 1-2. 12mo. Tom. II, plag. A 1 - D 6.

*Bk. 1.* = BRYNHILDARKVIÐA prima (= Sigdrífumál). carmen in Edda Sæmundina, ed. v. d. Hagen, Altn. Lieder u. Sagen, p. 45-48 (ut fragmentum); — Grimm, Lieder der alten Edda, Berlin 1815. 8vo. p. 207-227 (itid.); — A. Magn. II, 189-210; — Rask p. 193-199; — Munch p. 113-116; — Lünig p. 376-385; — Möbius p. 139-143. *Numerus stropham indicat.*

*Bk. 2.* = BRYNHILDARKVIÐA secunda, Carmen in Edda Sæmundina, ed. Rask, p. 216-226. = SIGURÐAR KVIÐA, ed. v. d. Hagen, Altn. Lieder u. Sagen, p. 54-62; — Grimm, Lieder der alten Edda, p. 241-275. = SIGURÐAR KVIÐA FÁRNISSANA tertia, ed. A. Magn. II, 211-244; — Munch p. 117-124; — Lünig p. 386-401; — Möbius p. 144-152. *Numerus stropham indicat.*

*Bl.* = Bl. membr.

*Bl. membr.* = Blöð (= folia) membrænea, varii argumenti: geographici, historici, astronomici, in collectione Arna. Magnæana Nr. 544. 4to. (Antiqu. Russes II, 426-441).

*boreal.* = boreale (vocabulary), in Islandia boreali usurpatum.

*Bryng.* = BRYNGERÐARLJÓÐ, mscr.

*c.* = cum; *c. dat.* = cum dativo.

*Cæs. Bell. Civ.* = Cæsaris Bellum Civile, i. e. C. Julii Cæsaris Commentarii de bello civili.

*Cæs. B. G.* = Cæsaris Bellum Gallicum, i. e. C. Julii Cæsaris Commentarii de bello Gallico.

*cf.* = confer.

*Cic. offic.* = Cicero de officiis, i. e. M. Tullii Ciceronis de officiis, libri tres.

*Cic. Divin.* = Cicero de divinatione,

i. e. M. Tullii Ciceronis de divinatione, libri duo.

*Cimbr.* = Cimbrice.

*citat.* = citatum.

*Clavis metrica Lopti* = Hättalykill Loptis (Guttormssonar; edit. Hafn. 1793. 8vo).

*cod.* = codex, -dice; *cod. chart.* = codex chartaceus.

*Cod. Acad.* = Codex Academicus (collectio Arna-Magnæana Nr. 748. 4to. cod. membr.), confr. Edda Sæmundar hins fróða, ed. Arna-Magn. Tom. 1. Præf. pag. XLV, ubi signatur U.

*Cod. Byrg.* = Cod. Byrg.

*Cod. Byrg.* = Codex Byrgerianus, i. e. Konúngabók af Bergi ábóta, cod. membr. Biblioth. fegjæ Holmiensis, Island. Membr. Nr. 1 in Folio.

*Cod. Flat.* = Codex Flatheyensis, in Bibliotheca Regia Hafniensi: Gamle kongelige Samling Nr. 1005 in Folio.

*Cod. Fris.* = Codex Frisianus, membræus, in collectione Arna-Magnæana Nr. 45 Fol.

*Cod. Havn.* = Codex Hafniensis (v. c. Guðmundar saga biskups A. Magn. Nr. 399. 4to; opposit. codici Holmiensi ejusdem historię).

*Cod. Holm.* = Holm., i. e. codex Holmiensis.

*Cod. Reg.* = Codex Regius, membræus, in Bibliotheca Regia Hafniensi, continens Eddam vetustiore[m] sive Sæmundianam: Gamle kong. Saml. Nr. 2365 in 4to.

*Cod. Reg.* = Codex Regius, membræus, in Bibliotheca Regia Hafniensi, continens Eddam recentiore[m] sive Snorrianam: Gamle kong. Saml. Nr. 2367 in 4to.

*Cod. Svec.* = Codex Svecicus (v. c. Guðmundar saga biskups cod. membr. Bihl. Reg. Holmiensis Island. Membr. Nr. 5 Fol.) = Holm.

*Cod. Upsal.* = Codex Upsaliensis. membræus, in collectione Delagardiana Nr. XI, continens Eddam Snorrianam.

*Cod. Worm.* = Codex Wormianus, membræus, in collectione Arna-Magnæana Nr. 242 Fol.

*codd.* = codices, -cum, -cibus.

*cogn.* = cognatum (vocabulum).

*Cogn. spir.* = Diatribe historico-ecclésiastica de cognatione spirituali etc. auctore Joanne Olavio. Hafn. 1771. 8vo.

*Cogn. spir. Gloss.* = Glossarium eidem libro annexum.

*col.* = columna.

*coll.* = collato.

*coll.* = collective.

*Collectio Edd. Jonis Grunnav.*, et aliis locis: *collect. J. Olavii Grunnav.* = J.

*Comment. SE.* = commentarii in Eddam Snorrii Sturlæi, edit. Arna-Magnæana 1848 etc. Tom. I-III. 8vo.

*comp.* = compositum.

*compar.* = comparativus, -vo.

*compos.*, *composs.* = compositus, -tum, -ta, -tis.

*conj.* = conjunct. = conjunctivus, -vi, -vo.

*contr.* = contractus, -te.

*Corvicinium* = Hrafn.

*Curt.* = Curtius (i. e. Q. Curtii Rufi de gestis Alexandri Magni Libri qui supersunt octo).

*D.* = Danorum (Daniæ); *D. et A.* = Danorum (Daniæ) et Anglorum (Angliæ).

*Dan.* = Danice.

*Dan. vet.* = Danico vetere (sermone).

*dat.* = dativus, -vo.

*demonstr.* = demonstrativum, -vi.

*derivat.* = derivativum, -ve.

*D. et A.* = Danorum (Daniæ) et Anglorum (Angliæ).

*Diatrib.* = Cogn. Spir.

*Diatri. de cogn. spir.* = Cogn. spir.

*Diatri. Gloss.* = Gloss. cogn. spir.

*dimin.* = diminutivum.

*D. R.* = Daniæ Rex.

*Dropl. maj.* = DROPLAUGARSONA SAGA, hin meiri, mscr.

*Dropl. min.* = DROPLAUGARSONA SAGA, hin minni (i. e. Sagan af Helga ok Grími Droplaugarsonum, ed. Konráð Gíslason, in: Nordiske Oldskrifter, II. Kbhvn. 1847. 12mo.). *Numerus stropham indicat.*

*Dr. Þ. S.* = *Draumr Þorsteins Síðuhallssonar*, Somnium Thorsteini Síðuhalli filii mscr. (nunc edit. a Theod. Möbio in Analecta Norrœna. Leipzig 1859. 8vo. I, p. 184-186, et speciatim cum: Saga af Þorsteini Síðuhallsyni, p. 16-18. Leipzig 1859. 8vo; novissime edit. a Guðbrando Vigfússonio in: Nord. Oldskr. XXVII, 130-132, confr. p. 170).

*Dr. Þ. Þ.* = *Draumr Þorsteins Þorvardssonar*, Somnium Thorsteini Thorvardi filii, mscr. (nunc editum sub ti-

tulo: *Kumlþúa þátrr*, a *Gudbr. Vigfussonio* in: *Nord. Oldskr.* xvii, p. 129-130, confr. p. 169-170).

*Eb.* = *EYRBYGGJA SAGA*, Hafn. 1787. 4to, cum interpretatione Latina. Pars ejus in *GhM.* i, p. 494-786. *Prior numerus caput, posterior stropham indicat.*

*ed.* = editio, -ne, -nem.

*Ed.* = Edda.

*Æd.* = *ÆGISDRÆKKA* = *Lokaglepsa*.

*ed. Hol.* = editio Holana (v. c. *GS.*, *Grett.*, et plur.).

*ed. Holm.* = editio Holmiensis = editio Raskii (*Eddæ Sæmundinæ*).

*Ed. Löv.* = *Ed. Lövas*.

*Ed. Lövas.* = *Edda Lövasina*, i. e. *Recensio textus Eddæ Snorrianæ*, quæ *Magno Olavio* (*Magnús Ólafsson*) *pastori Laufasensi* originem debet; fere eadem ac editio *Resenii*, cfr. *editionem Sveinb. Egilssonii*. *Reykjav.* 1848, p. 232—239.

*Ed. Lövasina* = *Ed. Lövas*.

*Ed. Lövas. Append.* = *Eddæ Lövasinæ Appendix* (*Edda Snorra Sturlusonar ed. Sveinb. Egilss.* *Reykjav.* 1848, p. 232-239).

*ed. Resen.* = *Edda Islandorum an. Chr. mcccxv islandice conscripta per Snorronem Sturlæ, Islandiæ nomophylacem.* *edid. P. Joh. Resenius.* *Havn.* 1665. 4to.

*Ed. Sæm.* = *Edda Sæmundina*, i. e. *Edda Sæmundar hins fróða* (*ed. A. Magn.*) *Hafn.* 1787-1828. *Vol.* i-iii. 4to; — *Altnordische Lieder und Sagen* (*Lieder der älteren Edda*) *ed. v. d. Hagen.* *Berlin* 1812. 8vo; — *Lieder der alten Edda*, *herausgeg. von J. und W. Grimm.* *Berlin* 1815. 8vo; — *ed. Rask et Afzel.* *Holm.* 1818. 8vo.; — *ed. P. A. Munch.* *Christiania* 1847. 8vo.; — *ed. Hermann Lüning.* *Zürich* 1859. 8vo.; — *ed. Th. Möbius.* *Leipz.* 1860. 8vo.

*Ed. Sæm. ed. Holm.* = *Edda Sæmundina editio Holmiensis*, i. e. *editio ex recensione Raskii, curante Afzelio.* 1818. 8vo.

*ed. Skalh.* = *editio Skalholtina*, *confr. ÓT. Skb., Orm. Stórolf.*

*Ed. Sn. mscr. J.* = *J.*

*Ed. Snorr.* = *SE.*, i. e. *Edda Snorríi Sturlæi.*

*Eg.* = *EGILS SAGA SKALLAGRÍMS-SONAR*, *ed. Arna-Magnæana cum ver-*

*sione Latina et notis uberrimis.* *Hafn.* 1809. 4to. — *Sagan af Agli Skallagríms-syni*, *ed. Jón Þorkelsson.* *Reykjav.* 1856. 8vo. *Prior numerus caput, posterior stropham indicat, secundum editionem Arna-Magnæanam.*

*Egg.* = *Kvæði Eggerts Ólafssonar* (*carmina Eggerti Olavii*), *ed. Kaupmannahöfn* 1832. 8vo.

*Egg. Olavius* = *Egg.*

*Eggerti Itiner.* = *Eggerti Olavii Itiner.*

*Eggerti Olavii Itiner.* = *Egg. Olav. Itinerarium*, i. e. *Vice-Lavmand Eggert Olafsens og Landphysici Biarne Povelsens Reise igjennem Island.* *Cum charta et tabb. ænn.* *Sorðe* 1772. *Tom.* i-ii. 4to.

*Egl.* = *Eg.* (i. e. *Egla* = *Egils saga*).

*egr.* = *egregium.*

*Eiriksm.* = *EIRIKSMÁL*, *carmen in obitum Erici Blóðöx, Regis Norvegiæ*, *vide in Fagrskinna* (p. 16-17 in *edit. Munch & Unger, conf. Oldnorsk Læsebog.* *Christiania* 1847. 8vo. p. 114-115, utroque loco non satis distincte editum); inde *desumtum apud Möbium: Edda Sæmundar hins fr.* *Leipz.* 1860, p. 231—232.

*ellipt.* = *elliptice.*

*e—m* = *einum* (*einhverjum*, i. e. *alicui*).

*e—n* = *einn* (*einhvern*, i. e. *aliquem*).

*episc.* = *episcopi.*

*eod. cap.* = *eodem capite.*

*epith.* = *epitheton.*

*Ep. Scyld.* = *Epos Scyldingorum*, i. e. *Beo-wulf*; — *ed. Grim. Joh. Thorkelin* (*De Danorum rebus gestis seculo III. et IVto.* *Poëma Danicum dialecto Anglosaxonica.* *Hafn.* 1815. 4to). — *The anglo-saxon poems of Beowulf etc.*, *ed. Kemble.* *London* 1835. 12mo. (*Translation & Glossary.* *Lond.* 1837. 12mo). — *Beo-wulf og Scopes Widsið.* *to angelsax. Digte*, *ed. Schaldemose.* *Khavn.* 1847. 8vo.

*Epos Scyld.* = *Ep. Scyld.*

*Bjovf Bjov.* = *Ep. Scyld.* (i. e. *Epos Bjovf s. Beo-wulf*). *ed. Thorkelin.*

*e—s* = *eins* (*einhvers*, i. e. *alicujus*).

*Esp. Arb.* = *ESPOLINS ÁRBÆKKA*, i. e. *Islands Árbær í sögu formi af Jóni Espólin.* i-xii. *Kaupmannahöfn* (*Hafnæ*) 1821-1855. 4to. *Primus numerus volumen* (*deild*), *secundus paginam, tertius stropham indicat.*

*e—t* = *eitthvat* (i. e. *aliquid*).

*etc.* = et cetera.

id., lundr gjálfrs elds vir, Plac. 2; brandr gjálfa aurum, SE. I 348 Cod. Worm.; v. gjálfrbrandr. — β) liquor, fluidum quoddam: roðinn unda gjálfri, rubefactus vulnere liquore (sanguine), cruentus, Krm. 4; unda gjálfa eldr, ignis sanguinis, gladius, Eb. 37 (GhM. I 662); Gauts gjálfr, liquor, potus Odinis, poesis, carmen; Orkn. 79, 5. — γ) vide composita: bengjálfr, hafgjálfr, undgjálfr.

**GJALFRBRANDR**, m., ignis maris, aurum, (gjálfr, brandr), SE. I 348, 2, quo loco Cod. Worm. habet brandr gjálfa, id.

**GJALFRDAGR**, m., lux maris, (gjálfr, dagr), aurum: greiðir gjálfrdags, dator auri, vir, Nj. 30, 1 (AR. II 241).

**GJÁLFRDÝR**, n., animal maris, (gjálfr, dýr), navis, Hund. 1, 27.

**GJÁLFRELDUR**, m., ignis maris, (gjálfr, eldr), aurum: gunnr gjálfrelda femina, Eb. 40, 2 (AA. 233).

**GJÁLFRMARR**, m., equus maris, (gjálfr, marr), navis: rána til gjálfrmara ad naves descendere, FR. I 441, 2.

**GJÁLFRNTÓÐ**, n., equitium maris, (gjálfr, stóð), naves, classis, Hh. 31, 3, SE. I 498, 2.

**GJÁLFRTAMÍÐR**, p. p. comp., mari ad-vetus, (gjálfr, tamíðr a temja), opih. navis, Ha. 318, 2.

**GJÁLFRTEIGR**, m., campus sonorus (gjálfr, teigr), mare: gjálfrteigs mörk. síva (arbor) maris, femina, in vocativo, F. III 23.

**GJALFRUMLEIKINN**, p. p. comp., mari circumfusum, perfusus, (gjálfr, umleikinn a leika um): e. grunnr, fundus, arena mari inundata, Fsk., 25, 3; vide locum sub v. zaukr.

**GJÁLFRUNDINN**, p. p. comp., sonitus circumdatus, (gjálfr, nadin a vinda), sonorus, stridens, de tempestate, Ha. 324, 2.

**GJALLA**, sonare, clangere, id. qu. gella (ut skjalla = skella), tantum in pros. usurpatur, neque nisi gjalla, inf. et 3. pl. ind., et gjallandi, part.; de voce animalium: fuglar sýngja eða gjalla eða klaka — sækvikendi blása eða gjalla (var. gella), SE. II 46; sic de corvo, Gha. 7, Eg. 48, 1, Ísl. I 161 (F. III 147); de aquila, Gha. 7, Mg. 9, 4; de ense: gjallandi zeirr, Ghe. 5, Eg. 48, 2 (gjalla, F. VII 53, 2, vide gjelda); hátt gjalla spjör hasta acutum clangunt, Merl. 2, 68; de malleo, incudi inflicto, Nj. 103, 1, Eg. 30, ubi construo, ek lét frekar (fíkar) stægjur gjalla á gulli facio vehementes v. ingentes malleos auro (i. e. candenti ferro) insonare; gnýpolli lét ek gjalla ictum infixi viro, GhM. II 344. Variant in prosa gella et gjalla, de tauro; quod gjalla est ÓT. c. 110 (AA. 59), gella est ÓT. c. 37.

**GJALLANDI**, f., janua Orci (Hela), SE. II 494.

**GJALLARBRÚ**, -horn, -man, etc., vide sub gjöll.

**GJALLHARÐR**, adj., soni acuti, (gjöll, harðr), Háv. Ísf. 4.

**GJALLINN**, id. qu. gjallr, sonorus, timulus: framdr gjöllou gulli tímulo auro donatus, F. III 23.

**GJALLIB**, m., mare, SE. I 574, 1. —

2) *gladius*, SE. I 563, 2. — 3) *clipeus*, SE. I 572, 1 (*propr. sonorus, stridulus*). Vide mundgjallr, munnngjallr.

GJALTR, *adj., sonorus, tinnulus, clangens*; *ex quo adj. tantum occurrit gjalla, gjallan; epith. tubæ: at enu gjalla Gjallar horni, Vsp. 42; de flctu: gjallan grát clarisonum ploratum, Bk. 2, 28; de gladio: gjallan Gauts eld sonorum ensem, SE. I 428, 3; de clipeo: ins gjalla Hönga meyjar hjóls clangentis clipei, SE. I 426, 5; de auro: ið gjalla gull aurum tinnulum, Fm. 9. 20; Gerðr ins gjalla gulls, dea tinnuli auri, femina, Eb. 63, 2, Sturl. 1, 23, 1; Gefn hins gjalla greipar svells, dea tinnuli argenti, femina, SE. II 630.*

GJALP, *f., femina gigas, oreas*, (vide formas gjolp, gjölp), 1) *una ex novem matribus Heimdali, Hyndl. 34. — 2) filia Geirrodri gigantis, SE. I 288, 1. 258, 5. Gjalpar skær, equus gigantidis, lupus, Höfuðl. 12; gjälpar stóð lupi, SE. I 480, 1. Gjalpar nafna, cognominis feminae giganti, securis, eo quod utrique commune est nomen Gríðr, Nj. 93, 2; snæra gjálp, gigantis pugnae, securis, snæru gjálpur brjótr, fractor securis, pugnat, it. vir, Grett. 5, 2; Eg. 67, 1 videtur jungendum hjallr-gjálp, gigantis prælii (pro hjallr-gj.), securis, fór hjallr-gjálpar, grassatio securis, pugna.*

GJALTI, *dat. s. a. góltr, aper, sed tantum in phrasi, at verða at gjalti, in aprum verti, transformari, quod de iis dicitur, qui aut panico terrore corripiuntur, aut extra se rapiti insolita provolant celeritate. Gjalti glíkir verða gumna synir apro similes sunt (panico terrore rapi solent), Hávam. 131. Vide Skv. 113: þeir menn, er geltir eru kallaðir; it. íb., þessi er sök til ef menn verða at gjalti; Vd. c. 41, eraz ok verða at gjalti á vegum úti með villudýrum. Adde F. IV 56. V 162, FR. II 18, GkM. II 594, Eb. 18.*

GJARN, *adj., cupidus, cum gen., infn., et præpos. á et til: g. hjálþrymu cupidus pugnae, Ísld. 4; gjarn máls um mering qui regis laudes celebrare cupit, SE. II 498, 4; óð em ek gjarn at greiða carminis expromendi cupidus sum, sic membr. 132 (ÓT. Skk. II 219); g. á hernað bellandi cupidus, Jd. 16 (ut hönd er gjörn á venju, Grett. 83, et gjarn á líf e-s, Sturl. 7, 62. not.); gjarn til fjörs e-s qui alicui adimere vitam cupit, H. 31, 3, cf. Sturl. I. c.; g. til gjálfrelða Gunnar. cupidus feminae, captus amore feminae, Eb. 40, 2; absol., vera gjarn, cupidus (rei alicujus) esse, lubenter aliquid facere, Sonart. 22 (SE. I 238, 3). Compar. gjarnari. c. inf., SE. I 668, 2.*

GJARN in compositis: árgjarn, átgjarn, barngjarn, bilgjarn, bölgjarn, húðgjarn, dáðgjarn, dýðargjarn, dýrdargjarn, fargjarn, férgjarn, heiptargjarn, heiptgjarn, hergjarn, hróðrargjarn, illgjarn, lægjarn, meingjarn, mjóðgjarn, morðgjarn, námgjarn, óbilgjarn, óbrotgjarn, ófundgjarn, óttargjarn, óðgjarn, sigrgjarn, sinkgjarn, skrautgjarn, valgjarn, vergjarn, ýmisgjarn, þrágjarn.

GJARNA, *adv., libenter, Nj. 59; compar. gjarnarr, potius, magis, FR. II 58, 3, ubi hálfu gjarnarr, multo potius, multo magis; in prosa etiam gjarnara, F. VI 324, et hálfu gjarnara multo libentius, multo potius, magis, Arn. 63.*

GJARDA, *f., tunca muliebris, indusium mulieris, SE. II 494 (Norv., gjarda).*

GJARÐVENJUÐR, *m., balteo, cingulo adsvetus, (gjörð, venjuðr), Thor, cingulis roborificis uti svetus, SE. I 290, 2; vel si gjärð positum sit pro garð, inserto i, garðvenjuðr erit, domum sæpius visitans, tumque commode junguntur garðvenjuðr ymsa kindar, domum gigantearum visitator, Thor.*

GJÖF, *f., donum, munus, (gefa), Hávam. 43. 148; g. Óðins, Grimnis, poesis, carmen, SK. I 244 (c. 3). 250, 4; plur., gjafar: góðar gjafar, bona, eximia munera, Harbl. 20; et gjafir: gjafir máttiga anda dona Spiritus Sancti, G. 6. — β) gjöf dóttur, donum filiae, gnatus primogenitus, homonymice = niðr (filius), Korm. 21, 2, ubi, nú emk sóttir um gjöf dóttur, homonymice est id. qu. nú emk sóttir um nið, et mutato accentu, id. qu. nú emk sóttir um nið, nunc actio contra me instituta est, nunc accusor de probroso carmine. — γ) vide composita: ástgjöf, friðgjöf, heiðgjöf, stórgjafar, vinkjafar.*

GJÖFIR, *m., dator, spec., mulieris in matrimonium collocator, (gjöf, gefa), Alcm. 4, vox nusquam alias occurrens; idem in Legg. Jónsbók et Grágás vocatur giptandi et giptingarmaðr. Gjöfir potest considerari ut forma cognata τῷ gjafi.*

GJÖFLATI, *m., vir parcus, tenax, (gjöf, lati), SE. I 532.*

GJÖFLÁTI, *m., liberalis, munera liberallyter promens, (gjöf, láti): g. seims ok hnósa vir, aurum et res pretiosas liberaliter distribuens, SE. I 712, 2.*

GJÖFLI, *f., munificentia, liberalitas, (gjöf-ull): fyri gjöfli sína propter liberalitatem suam, Gv. 4, ubi sic: ofs fékk orðstír hæfan | auðar mildr sem vildi; gráns fyri gjöfli sína | grafþvengs bóði vengis, i. e. auðar mildr bóði gráns grafþvengs vengis fékk ofs hæfan orðstír, sem vildi, fyri gjöfli sína. Venr hann gjöfli (dat.) sík adsvefacit se liberalitati, Ísl. II 230, 1. Vide formam zjafli.*

GJÖFLUND, *f., animus ad dandum pronus, (gjöf, lund): ek veit, at grundar vörðr zat-a aðri gjöflund scio nullum regem animum magis liberalem nactum esse, SE. I 708, 1. Idem est in prosa zjaflyndi. n., F. V 188. — 2) pro gjöflundr, F. VI 448, 2.*

GJÖFLUNDR, *adj., animo ad dandum prono, liberalis, (gjöf, lundr = lundaðr), Ók. 9, 5; F. VI 448, 2 gjöflund, id., apocopato r.*

GJÖFMILDR, *id. qu. gjafmildr, F. VII 234, 1.*

GJÖFRÍFB, *adj., munificus, (gjöf, rífr), SE. I 414, 5.*

GJÖFULL, *adj., largus, liberalis, (gjöf): g. af gulli largus auri, Sk. 1, 7; determ.,*

hina gjöfi, *Hg.* 33, 3; *superl.*, gjöfnastr, *Hg.* 8, *determ.* hina gjöfnastr, *SE.* I 400, 3.

GJÖFVINN, *m.*, *id. qu.* gjafvinn, *F.* VI 409, 2, *lect. Morkinsk.*

GJÖGNUM, *id. qu.* gegnum, gögnum, *per. trans. prepos. c. acc.*; regn Gauts drepr i gjoenum Hofls serki fluvia Odinis loricas penetrat, *Fsk. msc.* (*Fsk. impressa*, 123, 3) *Ferrice*, igjögnun (*Fær.* 7).

GJÖGRA (-aða, -at), *v. n.*, *vacillare*, *infrmo gressu ire*, reptare (*id. qu.* hodie skjagra), *FR.* II 550, 5.

GJÖLL, *f.*, *sonus*, *sonitus*, *SE.* II 551 (*id. qu.* göll), a gjalla: hinc gjallar koss, osculum sonorum, labiis vehementius illisum, *Kerm.* 24, 1; gjallarhorn, cornu sonorum, de poculo, *SE.* I 68; *de tuba Heimdali*, *Vsp.* 42, *SE.* I 100, 190; gjallar vöndr, virga sonora, gladius, *Mg.* 9, 1 (*F.* V 121, 2), vel virga prælii, a gjöll *id. qu.* göll, pugna; gjöll vopas, sonitus telii, fremitus armorum, *Eb.* 19, 5. — 2) lapis planus, per quem funiculus ex compe de Gleipnere dependens trajectus fuit, *SE.* I 112. — 3) amnis infernalis, *Grm.* 28, *SE.* I 40, 178; hinc gjallarbrú, pons amnis Gjallæ, pons infernalis, *SE.* I 178 (*cf.* Gjallandi brú locus in Jötunheimis, *FR.* III 398); gánga of Gjallar brú pontem orci transire, mori, *Ha.* 241, 2; Gjallar man, puella Gjallæ, custos amnis Gjallæ et pontis Gjallæi, *Modgunna* (*SE.* I 178): (með) greypri hendi Gjallar mans, sors manu puellæ Gjallæ, *i. e.* manu Stygia, *Ha.* 236, 3, ubi hönd Gjallar mans, manus *Modgunnæ*, *Helæ* adtribuitur. — β) amnis, in genere, *SE.* I 575, 3; gjallar eimr, ignis amnis, currum, *Ag.* *Vide* viggjöll, þrymgjöll.

GJÖLNAR, *f. pl.*, labia Lupi Fenris, de quo *SE.* II 432: „önn Gjölнар heita granar haug”. De rostro navis: gjölнар, rostrum mōlna gulli rostra, auro comminuto rubentia, *ÖH.* 154, 1.

GJÖLNIR, *m.*, piscis, nescio qui, *SE.* I 580, II 623; II 564 non cernitur nisi giol....

GJÖLNIB, *m.*, *id. qu.* gjölnir, *SE.* II 480 (α: giölnir).

GJÖLP, *f.*, femina gigas, *id. qu.* Gjälþ (quod habet *SE.* II 471, 554, 615), *SE.* I 551, *ver.* 10, *Cod. Worm.* habet gjolþ.

GJÖB, *n.*, cibus, saturitas: þat var hrafna gjör, is verus erat corvorum pastus, ea vera strages fuit, *i. e.* maxima edita strages est, *Höfuðl.* 10; cui notioni toú gjör convenit *Sks.* 140, fylgir þeim ropa gjör mikit ok íta, ubi íta est cibus manducatus, gjör cibus semiconfectus *s. semiconcoctus*. Accipiunt autem *interpr. h. l.* gjör in sequ. signif. de corvorum frequenti ad prædam confuzæ. — 2) *id. qu.* hodiernum gær, avicularum multitudo, *escæ* (*v. c.* haledibus) inhiantium (*sec.* *G. Pauli*, *Eg.* p. 440, *not.* 35), *v. c.* fuglager; hinc de immensa multitudo: rupa ræfa gjör, corruunt ingentes cadaverum cumuli, *Merl.* 2, 68. In loco priori *J. Olavius* (*NgD.* 70 et *Nent.*) vertit gjör (*ger*), magna libido (*prædæ*).

GJÖRA (gjöri, gjörða, gjört), *v. a.*, *facere* (*id. qu.* gera); *de part. pass.* gjörðr vide

gerðr: *g. sumbl symposium instruere*, *Lokagl.* 66; gjörðum róstu fecimus prælium, *Eg.* 48, 2; *g. randa drifu*, *id.*, *F.* II 316, 2; gjöra för iter facere, *Fjölsm.* 47; hvert haft ofgjörva för þina, quo iter tuum instituiti, quo ire cogitas, *Eb.* 28, 1; *g. rekkju lectum parare, sternere*, *Rm.* 11, 30; *g. skjákan líð vila privare*, *F.* V 94, 1; gramr vann gjörvan kaupmönnum frið rex mercatoribus securitatem præstitit, *F.* VII 16. — β) *periphr.*: gjörðis at segja, *addressa est dicere, dixit*, *Sk.* 3, 15. — γ) *intrans. cum acc. subj.*, gjörði svarta sól i heidi, sol sudo celo obscuratus est, *Krossk.* 13. — δ) *ε.* fyrir sik peragere partes suas, *GhM.* II 311.

GJÖRBÆNN, *adj.*, *id. qu.* geyrbænn, *adsi-duus rogator*, *F.* IV 90, 3; *acc.* gjörbænan, *Lb.* 48, ubi sic: skjálfr ekkjar þú seggja | sveit á þik at heita | þat viðr gumna gætir | gjörbænan mik hverja, *i. e.* gumna gætir (*Christe!*), þú ekkjar skjálfr hverja seggja sveit at heita á þik; þat viðr mik gjörbænan, α: *id me facit adsiiduum rogatorem, id facit ut te precibus sapius adire audeam. Sic in prosa*, *F.* V 265: nú kann vera, at þær þiki ek geraz gjörbænn við þik, ok biðja dóttur þinnar mér til handa. *Composita est vox ad. gjör* — gjörva et bona rogare, cum qua compositione conferri potest vox gernytinn in *Lex. B. Haldorsonii*.

GJÖRFA, *id. qu.* gjöra, *facere*, *Rm.* 19; *ef* við gjörfum vélar til si dolos intenderimus, *Hymk.* 6; tantum in præsentia, ut gjörva.

GJÖRFA, *adv.*, plene, perfecte: vita *g. probe, exacte nosse*, *F.* VI 21 (*AR.* II 17); *id. qu.* gjörva, *adv.*

GJÖRFALLR, *adj.*, universus, omnis, *Nj.* 73, 1, 99 (*id. qu.* gærfallr, gervallr, görvallr).

GJÖRLA = GÖRLA, *Söll.* 32.

GJÖRNINGAR, *f. pl.*, veneficia, *id. qu.* gurningar: ordinn fyrir gjörningum tactus fascinatione, *Nj.* 7, 1; gjörninga víf venefica, *Eb.* 40, 5 (*AA.* 238).

GJÖRR, *id. qu.* gerr, görr, geyrr, *perf. part. pass.* *v.* gjöra; factus: of her gjörum bello incidente, *Sonart.* 14, *sec.* *GM.* Sapius ut *adj.*, plenus, perfectus, bonus, probus, verus: haukr gjörr at hug, verus accipiter, quoad fortitudinem, *i. e.* animi fortitudine accipitrem vere referens, *FR.* II 51, 2; gjörr matr cibus bonus, *F.* VI 363, 2; gjörvar hlífar firmi clipei, *F.* I 172, 3; gjört víg, pugna perfecta, veri nominis, *i. e.* acris, vehemens, *ÖH.* 224; gjör sverða gnfs hrið vehemens impetus prælii, *ÖH.* 47, 3, ubi est at sífja e-m gjörvar sverða gnfs hriðar. In prosa est, gjörr at sér i mörgu, multis rebus bene a natura instructus, multarum rerum gnarus peritusque, *GhM.* II 316; cum *gen.*, þreks gjörr, fortitudine præditus, vel præstans, *SE.* I 518; nam et gjörr est paratus, instructus, ornatus, armatus: vissak okkr svá gjörva við her íta nos armatos (*itali armatura instructos*) in acie novi, *ÖH.* 47, 4; cum *infin.*, gjörr at verja grund, promptus, paratus ad tuendam terram, *Orkn.* 5, 2, *F.* IV 214. Sic *AS.* þat he syll geare være, þat veoro to gefremmenne (*Angl.*

that he ready was, etc.). — β) *perfectus*, *totus*: gjörstan dag *तोतो die*, *Rm.* 9. — γ) *in compositis*: algjör, harðgjör, skrautgjör, þunngjör, þreksgjör.

GJÖRRÆÐI, *n.*, *factum illicitum, proprio motu, nulla auctoritate commissum, de rebellionē, Sic.* 19, 1 (*F. VII* 234, 1). *Grág.* II 396. at gjöræði sínu proprio instinctu (*sine venia*), *cf.* gjörtæki, *ibid.*, *furtum rei minimæ*, (gjör. ræði a ráð).

GJÖRVA, *id. qu. gjöra. facere, inserto v, tantum in præ. usurpatum, Ok.* 9, 5 (*F. VI* 448, 2); *g. byrðar onera parare, Rm.* 9; *g. geig noxam inferre, Nj.* 73, 1.

GJÖRVA, *adv.*, *id. qu. gerva, gërva, accurate, perfecte, probe*: telja *g. accurate commemorare, Lokagl.* 53; *minnst g. á e-t, id., F. VII* 153, 2. — β) *sine mora, cito, confestim*: liðu örvar fram gjörva, *F. II* 311, 2; *gramr lét gjörva gengit upp í borg, F. IV* 55, 2.

GJÖRVALIR, *cunctus, universus*, (gjörva, allr). *Hyndl.* 39.

GJÖRVIR, *m.*, *qui facit*, (gjörva = gjöra): *g. styrjar pugnator, Eb.* 62, *ubi al. geyrvi, vide geyrvir.*

GJÖRVIR, *m.*, *qui facit*, (gjörva): *gunnar g. qui pugnam facit, pugnator, bellator, F. VII* 14, 1, *ubi gen. gjörvis; vide görvir.*

GJÖRD, *f.*, *factio, confectio, effectio; it. factum, institutum*: ljótar gjörðir, *ratio turpis, minus decora, Gf.* 12; *sæmdar gjörð præstatio honoris, honor præstitus, Skáldh.* 2, 36. — β) *arbitrium, sententia, iudicium*: ek hætti gjörð um alla breytni á drottins dýrðir *sententiam de omni agendi ratione Dei gloriæ committo, Gf.* 5; *gjörð man ek gumnum herða, severam sententiam de hominibus feram, metaph., sæviam in homines, Sturl.* 6, 15, 5. — γ) *in compositis*: hróðrgjörð, tilgjörð.

GJÖRD, *f.*, *cingulum, cingula, circulus*: jarðar g., *cingulum terræ, mare, fyrri handan jarðar gjörð, trans mare, ultra mare, Eg.* 82, 2. *Vide composita*: megingjarðar, sikulgjörð, svikulgjörð, umgjörð. *SE. I* 294, 3 *coherent njarð-gjörð, qu. v.*

GJÓSA (gýs, gaus, gosit), *v. n.*, *erumpere, de flamma*: logi, eldr gaus or húsum, *ex domibus erupit, effusa emicuit, Hh.* 34, 4, *Mb.* 9, 1, *Jd.* 18.

GJÓSORÐR, *adj.*, *verba effundens, immodice garrulus*, (gjósa-orðr ab orð), *epith. feminae gigantis, Selk.* 4, *ubi: kemr í hús en hamra | hlyns olli þat kynjum | gríðr við grandar fæði (al. við grimdar fæði [æði?])* gjósoðr um dag ljósan. *Quod adinet ad priorem partem vocis, conferri potest subst. gjósað, f., arteria magna, Sturl.* 7, 48.

GJÓSTA, *f.*, *ventus acrior, SE. II* 486, 459, 569. *I* 486; *geira g. ventus hastarum, pugna, RS.* 31, *ubi, koma mun geira gjósta, gánga fram sem Rósta.*

GJÓÐR, *m.*, *avis species, SE. II* 489; *puto id. qu. hodierna avis kjói (kjófi), quæ vox in SE. fragmentis non occurrit, quam vocem respondere puto Norv. Jó ú. kive v. kyve (Thrond. Selsk. Skr. III* 103, 105, 109—110, *Ström, I* 239). *Kjóvi, kjói, Félag.*

*I* 16, *plautus stercorarius, sed Faberi Ornithol., lestris pomarina et parasitica. Vox Norv. Jó est onomatopœtica a sono avis i-jó, kive et Kyve (Kjuve) = Tjnv, fur, a qua forma nostrum kjófi prodiit. Aliud puto esse Norv. Gjõe in voce Wiskegjõe. Ström I* 225 (*Wiskejõe, Thrond. Selsk. Skr. III* 139), *parva aquila, nigris s. fuscis (non fulvis) pedibus, Halietus s. Falco, pedibus caudaque caruleis, corpore supra fusco, capite albo; in sibus proprie degit, sæpe mari et aquis pisces venatur. Dikar g., lestris bellonæ, corvus, Hg.* 5, 2; *gjóðar sigljóða, lestris bellonarum, corvi, Eb.* 62; *g. Hnikars, lestris Odinis, id., F. XI* 197, 3 (*F. V* 227, 3); *g. Yggv, id. ÖH.* 48, 4; *g. geira hriðar, lestris pugna, id., ÖT.* 31, 2. — 2) *ÖH.* 47, 3, *jungit Hkr. T. VI gunngjóða reifr, in corum liberalis, sed cum reifr liberalem non significet, construentium puto: vara Sveini at frýja sigmána gjóðs, nè gunnréifum Óleifi gjóðrar sverða gnýs hriðar, ut gjóðr non de ave sumatur, sed de vento, aura frigidiore (vide Lex. B. Hald.), et sigmána gjóðr, tempestas clipei, de pugna. Eodem loco, F. IV* 98, 1, *construxi gunngjóða reifum, corvi ex hilaratoribus, præliatoribus, a reifr. — 3) vide composita: bengjóðr, blágjóðr.*

GJÚKI, *m.*, *Gjukius, regulus maritimus, SE. I* 548, 3; *Gjúka stóð, equi Gjukii, naves, classis, Hh.* 83, 1; *klæði Gjúka ættar, arma, armatura, F. VI* 47, 1.

GLAM, *n.*, *tinnitus, sonitus: vǫpna g., sonitus armorum, pugna, FR. III* 28. *la prosa: at glam þat varð af ut aliquantulum sonitus inde existeret, F. XI* 129, *it. Fsk.* 131 *eða hverju gegnir glam þetta, er vér höfum eigi ró fyrir haft í nátt?, quid sibi vult strepitus iste?*

GLAMA, *v. n.*, *garrire, obstrepere; þótt hann með gróum glami etsi inter indignandos garríat, Hávaag.* 31. *Cf. Svec. glam confabulatio, glamma confabulari.*

GLAMM, *n.*, *strepitus, crepitus, fremitus: g. grjóts crepitus (conjectorum) lapidum, Mb.* 6, 1; *lagar g., fremitus maris, stridens mare, SE. I* 630, 1; *vǫpna g., strepitus armorum, pugna, Mg.* 33, 2; *randa g., crepitus clipeorum, pugna, Ólafsr.* 38, *ubi reisa randa glamm prælium committere. Orða glamm, crepitus verborum, verba inania, Has.* 34, *locum vide sub dáðgeymir; plur. glamma hamr, exuvia, ala stridula, de induitiis v. alis aquilinis, SE. I* 306, 2, 492, 2, *ut fjálar ólágra gjálbra; glómm harða geira crepitus hastarum, Cod. Fris. col.* 216, 16.

GLAMMI, *m.*, *lupus, SE. I* 591, 2; *glamma ferð agmen luporum, glamma ferðar tróð, callis luporum agminis, saltus montanus, H.* 9, 2, *id. qu. heidr in strophæ præced. parallelæ. Glamma stóð. statio luporum, montana, glamma stóðvar vámr, nebulo montanorum, gigas, cunus stríðkviðjendr, Thor ac comites, SE. I* 296, 3.

GLAMMI, *m.*, *regulus maritimus, SE. I* 546, 1. *II* 154, 2. *Glamma jór, equus pirata, navis, SE. II* 220, 1; *glamma sóti, id., garðr*

glamma sóta, *aggronavis, clipeus*, gætir gl. sóta garða, *custos clipei, pugnator*, *ÓT. 13*, 2. Glamma skeið *curriculum piratæ, mare, SE. I 502*, 4; þjóðtrúð glamma, *via publica pirata, mare, ramn þjóðtráðar glamma, corvus maris, navis, Lv. 16*; ramþing glamma, *durus piratæ conventus, pugna, F. VI 55*, 2 (*Mg. 30*, 1). Glamma gammr, *vultur piratæ, aquila, Eg. 67*, 1, *sec. G. Magnæum*; vel glamma gammr, *vultur stridorum*. (a glamm, n.) *vulturius stridens, aquila, ob stridentem ejus volatum, cf. glamma hamr sub glamm.*

GLÁMR, m., luna, *SE. I 472* (unde glámskygja et glámsfni, *Ólkofr. ed. Hol. p. 36, Sturl. 3*, 30). — 2) *gigas, SE. I 554*, 2.

GLAMRANDI, „at glamrandi“. *Ísl. I 212*, 1, *haud dubie prava lectio; multo præstat var. 10, allranr jöfurr; vide jöfurr et hamarr.*

GLAMRA (-ada, at), *id. qu. glumra, qu. v. GLANNI, m., vir petulans, procaz, SE. II 496; Sturl. 5*, 48, 1.

GLANNKENNANDI, m., *noscens tumultum: g. Gunnar, noscens tumultum bellonæ, pugnator, G. 43*, a glann, n., *tumultus, grassatio, unde Gunnar glann, grassatio Bellonæ, pugna.*

GLAP, m., *Eb. 22*, ubi pro glaps fyrir glæpi membr. *habet greips (garps) fyrir glæpi (i. e. glæpi); malo pro greips v. garps legere grepp v. garp, et sic construere: fôgr grand mundar vita! erat sem heygjárar fræðinga fara ræni grepp (poetam, i. e. me) lögm fyrir glæpi. In impr. glaps glæpr. vertitur stultum facinus.*

GLAPMÁLL, adj., *incuriosus in sermone v. carmine, (glap-, a gleþja, máll), Ad. 1.*

GLAPSKULD, f., *debitum pro errore solvendum, (glap, skuld), i. e. mulcta: gjalda glapskuldir fyrir verka, mulctas pro carmine (proboso) solvere, pendere, F. III 23. (Lex. B. Hald., debitum casuale).*

GLAPSTIGR, m., *via fallax, incerta, in errores ducens, (glap, stigr); cf. proverbium Danicum: Gjeastu bliver ofte Glapsti via compendiaris sæpe in errorem ducit. Hinc, pernicies, exitium: stökkva á glapstigu in perniciem ruere, de iis qui in prælio cadunt, Ha. 69*, 1; láta trúða gnóga glapstigu á mó in præsentissimum fatum incurrere, eodem sensu, *Eg. 52*, ubi *G. Magnæus vertit: scæva (infelicia) satis vestigia arenæ dedit impressa; koma hervígs höldum á glapstigu hominibus rebellibus exitium adferre, Ha. 130, sec. var. lect.*

GLAPSVÍDR, m., *Glapsvidus, nom. Odinis, Grm. 46, SE. I 86, qu. sagax fallaciarum, vel fallendi peritus, (glap, vídr).*

GLASIR, m., *Glaser, lucus ante fores Valhallæ, arceis frondibus, SE. I 340; hinc Glasir barr, frons Glaseris, aurum, SE. I 336, et Glasis glóðarr, ibid. I 400*, 3, (glasir, splendens, fulgens, a glóa, ut þrasir a þreyja). — 2) Glasis lundr, *nomen loci, aula regia Hjörsvardi, H. kat. 1*. — 3) *vide composita: veðrglasi, örglaur.*

GLATA (-ada, -at), v. a., *perdere, necare, cum dat., þú hefir Gjúka um glatat börnum, E. Br. 4; g. þjóftum fures extirpare, F. VII 16; andar sár, þau er glata voru líf*

*vita nostræ pernicioza, Has. 54. mein hölda líðs glatas af því eam ob rem incommoda humani generis averruncantur, Has. 18; obliuisci: gjörla þú nem, ok glata aldri, probe percipe (præcepta), nec unquam obliuiscere, Söll. 32; glata reiði, abstinere ab ira, iram deponere: hrindi seggir sér úr brjósti grimd gjörvallri, en glati reiði, Krossk. 1.*

GLAUMARR, m., *gigas, SE. I 554*, 2, (*qu. strepitum excitans, strepens, glaumr*).

GLAUMBERG, n., *SE. I 250*, 2, *videtur esse nomen prædii, unde Glaumbergs Egill Egil Glaumbergensis.*

GLAUMBRÚÐR, *id. qu. glymbrúðr, Cod. Fris.*

GLAUMHERÐANDI, m., *strepitum augens, (glaumr. herða): g. sverða pugnator, Sic. 2*, 3.

GLAUM-MÖNUM, *Ghe. 30, derivant interpp. a Glaummani, m., sonipes mannus, a glaumr, sonitus, et mani, m., jubatus, it. equus, voce formata a mön, juba. Puto divisim legendum Glaum mönum, jubato illo Glömo, a Glaumr, nomen equi Atlii, quam vocem vide, et manr, adj. formatum a mön, pro manaðr, juba decorus.*

GLAUMR, m., 1) *strepitus, sonus: g. hunda, garritus canum, latratus, Am. 23; sverða glaumr, sonitus ensium, pugna, sverða glaumherðendr, præliatores, viri, Sic. 2*, 3 (*F. VII 210. 337*); g. Göndlar skíða, *strepitus gladii, pugna, Sturl. 7*, 30, 6; g. geira, *id., F. XI 138*, 3; g. Göndlar börða nauma, *strepitus securis, pugna, F. XI 138*, 4. — 2) *sermo, SE. I 544*. — 3) *strepera hilaritas: g. var i höllu, Hm. 17; de strepero lusu et lascivia catulorum, glaumr andvana lascivia destituti, Gha. 43; hilaritas, lætitia, gaudium: Vigagl. 7*, 1; bella glaumi hilaritate frui, *Gha. 29; glaums andvani lætitiæ expers, Sk. 3*, 16; manna glaumr gaudia hominum, *Skf. 34; gefu drepr glaumi fyrir mör femina me lætitiæ priat, GS. 14; gæða glaum, augere lætitiæ, lætitiæ ostendere, prodere, RS. 19*. — 4) *turba, multitudo (ut flaumr), v. valglaumr*. — 5) *Glömus, equus Atlii, SE. I 484*, 2, *cf. glaummönum; dat. Glaumi, sed glaum, Hb. 11*, 1; *de quouis equo: Gylfa rastar g., equus maris, navis, SE. I 442*, 1; gfgjar g., *equus gigantidis, lupus, Hb. 11*, 1. — 6) *glaumr, Eg. 82*, 5, *puto esse id. qu. glaumng, piscis, hinc g. gilja grundar, piscis montium, serpens, jörð g. glaums, terra serpentis, aurum, vide jarðgróðan. G. Magnæus gr. g. glaumr homonymice accipit pro cognomine Skálaglam, a grundar gil = skál (lacuna montis), et glaumr = glam. F. Magnæus in Lex. Mythol. p. 885 glaumr accipit pro glaumarr, glamr, gigas, glaums grund, terra gigantis, clipeus (cui Rungner insistebat cum Thore pugnaturus), gil glaums grundar, incisuræ, characteres v. picturæ, clipeo insculpti. — 7) *glaumr, SE. I 302*, 2, *construendum puto glaums Sölvi, gigas, aut regulus strepitus, tumultus, aut rex tempestatis (a glaumr = glymr); niðjar glaums Sölva, progines gigantes. Sed sec. lect. Cod. Reg.**

et Worm. salvanið, sumendum est, cum S. Thorlacio, glaumr h. l. esse gigantem.

GLAUMÜNDR, m., piscis, SE. I 579, var. 13; vide glömmugr.

GLAUMVARR, m., id. qu. glaumarr, gigas, SE. I 471.

GLAUMVINDR, m., ventus stridens, id. qu. glymvindr: g. gríðar animus, SE. II 363.

GLAUPSA. v. n., fusius de re aliqua loqui, fabulari, nugari, crepare, jactare: heimult á ek at glaupsa of því, hve hon fór við mik, íntegrum mihi est, liberius de eo loqui, quomodo illa se erga me gesserit, A. 3. Cognatum est gleipa, Vigagl. 26.

GLAÐA pro gleiða, lætum facere, delectare, (gláðr), tantum in præsentí: þengill gláðr herdrengi mílites delectat (muneribus ornat), SE. I 406, 4; gláðr flotna fjöld við Fróða mjöl, auro delectat, SE. I 392, 2 (Höfuðl. 17); forkunnar sýn mun flestan gláða, plerosque, credo, hilarat, Fjölsm. 49; gláða örnu aquilas pascere, Hund. 1, 41. 2, 26; impers., þik mun minzt gláða mínimast tibi afferet lætítiam (res a me nuntianda), Am. 76. In prosa, ek mun gláða þitt hjarta, FR. I 221; unde sólargláðan occasus solis, FR. I 518.

GLAÐDRIPT, f., nix splendida, (gláðr, dript): g. Gróttá aurum, SE. I 653, 2.

GLAÐFÆÐANDI, m., a. glens, saginans equum, (gláðr, m., fæða): g. gríðar, equum gigantidis (lupum) saginans, præliator, SE. I 428, 3.

GLAÐMÆLTR, adj., festive loquens, facetus, hilaris in sermone, (gláðr, mæltr), Sic. 22, Hugsm. 23, 3.

GLAÐNIR, v. ógláðnir.

GLAÐR, m., equus Asarum, (qs. splendidus, gláðr, adj.), Grm. 30, SE. I 70. — 2) id. qu. Skinfaxi, equus diei, SE. I 484. — 3) pro quovis equo: g. Geitis, equus piratæ, navis, SE. I 656, 2; g. gylva, id., Isl. I 164, 1, vide gláðfæðandi, gláðríðandi.

GLAÐR, adj., lætus, hilaris: de bibentibus, Grm. 7. 13; gramr drekkir vannþaug-kaða gláða rex viros potu hilares reddit, SE. I 704, 1. Junguntur gláðr ok reifr, hilaris et alacer, Hávam. 15; glatt hjarta cor lætum, Hávam. 56; gláð trú læta persectio religiosa, Hv. 4; it. lætítia nimium indulgens, luxurians, lascivians, Sóll. 35. De brutis: gláðr varð gera bróðir, Krm. 16. Neutr. glatt lætítia: mér era glatt, mihi lætítia non est, lætítia non fruor, Grett. 4, SE. I 700, 2. Pro adv.: meðr stígu glatt af græði grund homines læti in terram escenderunt, RS. 1. — β) splendidus: gláðast gull aurum splendidissimum, Gd. 48, ubi sic: svá prófaðist hann sjálfir í lífi | sémiligr til eptir-dæmis, | gull jafnan sem gláðast í ofni | grandalaust kemr smíðum til handa; de navibus splendide ornatis, Höfuðl. 5. — γ) cum gen.: g. armgrjóts auro lætus, F. X 354. — δ) vide composita: fólkgláðr, heiptgláðr, sigrgláðr, veðrgláðr, vígglaðr; it., flugglæð, menglæð, vígglæð, ýglæð.

GLAÐRÍÐANDI, m., qui equo vehitur, (gláðr, m., ríða), gylva grundar g. qui equo

maris (navi) vehitur, vir, Plac. 35, a gylva grund, terra piratæ, mare, gylva grundar gláðr, equus maris, navis.

GLAÐSENDIR, m., qui splendidam rem mittit, (gláðr, sendir): g. handa hrauns, id. qu. sendir handa gláðhrauns. qui manuum splendida saxa (i. e. aurum splendidum) mittit, vir liberalis, SE. I 406, 2, ubi in vocandi casu sumo.

GLAÐSHEIMR, m., mundus splendidus, vel regio lucida, SE. I 62, Grm. 8, (gláðr, heimr).

GLAÐSÍSTANDI, F. V 174, negotia libenter obiens, (gláðr, sísta); construo: mist-ag ok gláðsistanda Gauta grams, amisi quoque (i. e. inprimis quum amiserim) Gothorum (Svionum) regem, negotia libenter obeuntem (in rebus gerendis strenuum). Postest vero non minus commode τὸ gláðsistanda construi cum döglinga, et hoc modo ad ipsum regem Olavum Sanctum referri. Quam antea rationem proposueram, ο: gauta gláðsistandi, equum piratæ (navem) adornans, ea nunc minus placet. Nonne legendum gláðlistanda. cf. dáðlistandi?

GLAÐVÆRR, adj., animo hilari ac læto, (gláðr, værr), Hg. 30, 3; hinc subst. gláðværi. lætítia, oblectatio, Sturl. 3, 6. 8, 2.

GLÆFA, v. himinglæfa.

GLÆFIR, m., galea, SE. II 562, v. glævir.

GLEGGVINGR, m., homo tenax, ad rem adentior, (id. qu. glöggvíngr, qu. v.), Ad. 1.

GLÆGHVARMA, adj., indecl., oculis puris, pellucidis, palpebris candidis, (glægr = glær, pellucidus, nitens, a-glóa, et hvarmr), epilh. femina: hin kverkhvita ok hin glægghvarma, Fsk. 3, 2; unum exempl. h. l. legit glæghvarma, id.

GLÆHEIMR, m., regio splendens, fulgida, (glæ-, a glóa. gljá; heimr), mare: glæheims mear (mævar), mergi maris, naves, ÓT. 43, 1, F. I 170, 2, sed sec. lectiones Fagrskinnæ, glæheims gunnr prælium maritimum.

GLÆHVARMA, vide sub glæghvarma.

GLEIF, f., id. qu. kleif, clivus, terra, (g = k), in appellatione cæli, SE. II 499, 3, vide dýrgleif, cf. bryggja, stètt.

GLEIFNIR, id. qu. gleipnir, sec. Cod. Worm., SE. I 108, var. 18.

GLEIPA (-i, -ta), v. n., garrire, nugari: hvat sem ferlig sígð um g. FR. II 128, 2. Sic in prosa Vigagl. 26: mælti, at hún skyldi gleipa kerlinga órmust, ubi var. fleipra idem valet.

GLEIPNIR, m., compes, qua lupus Fenrer vincitur est, SE. I 98. 108—112. Vide harðgleipnir. Gleipnis tugga, lupus Fenrer, vide hnyggja.

GLENR, m., Glenus, maritus Solis, SF. I 56; kona Glenn, uxor Gleni, sol, SE. I 330; Glens beðja, id., SE. I 330, 2.

GLÆPAFULLR, adj., periculorum plenus, periculosus, Gd. 3. — 2) sceleratus, scelestus, flagitiosus, (glæpr 1. 2, fullr).

GLEPJA (glep, glapta, glapit), v. a., impedire, corrumpere, vitiare, it. decipere, infatuare: g. farar, itinera impedire, itineribus officere, Harbl. 50; friðr glepat lætítia im-

*peditur, corrumpitur, deficit, cessat (morte regis), F. III 24, ubi Vita Halfr. leuz. Sic Gld.M. I 612, hugði hann at gleþja mat mundi þerririna, putavit siccitatem mutatum iri, vel in deterius lapsuram. Gleþja e-n nat geði, animum aliquid decipere, aliquem ad amores illicere, Lokagl. 20; g. annars eyraránu al-terius uxorem ad stuprum sollicitare, Vsp. 35; qui significatus in prosa frequens est, v. c. Eg. 87, Gld.M. II 156, Sks. 340.*

**GLÆPR**, m., *periculum*: vér stiltum svá til gleþs á báti, at óðumz apthvarfs, ita nos objecimus periculo in cymba, ut de re-*diu desperaremus, ÓH. 92, 3 (AR. I 324, 2);* gleþr er gests kváma periculo non vacat adventus hospitis, Am. 30. — 2) *scelus, piaculum, delictum, peccatum*: greipa stóran gleþ magnum in se piaculum admittere (car-nem filiorum comedendo sanguinemque eorum bibendo), Am. 82; mik hefir miklu gleþr meiri sóttan multo majus scelus accidit mihi, H. kat. 32; ræna e-n lögum fyrir gleþi ob scelera aliquem exilio multare, Eb. 22; sekr gleþs sceleris reus (ob carmen probrosum), Hld. 30, 2; iðraz gleþa, Has. 53; þvá gleþ með gráti (de Sancto Petro), Has. 50; við-rjá gleþa, vitatio vitiorum, tò fugere vitia, Hugsm. 26, 4.

**GLÆPSKA**, f., *scelus, piaculum*, (gleþr): taka bót fyrir ljóta gleþska, SE. II 200, 1; gleþsku þrðar homines scelerati, SE. II 196, 4, ubi *cohærent*: rángri þjóð ok hörðum gleþsku þrðum at ángri ad puniendam gen-tem percussam hominesque sceleratos. Gleþska ok skaði *scelus et damnum*, pros. F. III 112; gløpska mikil, er þeir hörðu Ólaf kon-ung tekít af lífi ok láði, ÓH. c. 261.

**GLER**, n., *vitrum*, Bk. 1, 17, Hyndl. 9, Hymk. 29 sec. *fragm. U.*, de vitreo calice, brátt lét bresta brattstein í gleri. Gler brá, brúna, hvarma, ennis, oculus, SE. I 538, Lil. 33. In prosa: heitt gler. Sks. 424; gler-glaugar fenestru vitrea, Fær. 102, F. XI 271, 273, Sturl. 4, 20; glertókur globuli vi-trei, AA. 106; glersteinar, SE. I 334.

**GLER**, m., *equus Asarum*, (qs. *splendidus*, gler), SE. I 70, Grm. 30; v. gler.

**GLÆB**, m., *equus Asarum*, id. qu. gler, SE. I 482, Grm. 30 sec. *fragm. U.* — 2) *arcus*, SE. I 571. II 478. 621; vide glærr. — 3) *mare*: gler hræs, mare cadaveris, sanguis, dynbrimi hræs glæs, strepens ignis sanguinis, gladius, SE. I 662, 2; verpa orðum á glæ, verba incasum proferre, vana verba jactare, Mb. 18, 3 (F. VII 62); cf. verpa á mar, SE. I 682, 1; verpa gagni á márkæið, Ad. 13; it. Ld. msc. c. 36, þat kalla menn á svo kaatat, er maðr lætr eigu sína ok tekr ekki í móti; F. IV 96: gætum vápna várra, at vér kastim eigi á glæ til ónfts; B. Hld. msc. c. 30: eigi skal hann enn þessi vísu hafa á glæ kaatat, heldr en öðrum.

**GLÆRR**, m., *arcus*, (glær 2), SE. II 561.

**GLÆSA** (glæsi, glæsta, glæst), v. a., *splendidum facere, splendide ornare*: naves clipeis splendide ornare, SE. I 688, 3; g. herskip, splen-dide ornatas naves bellicas educere, F. VI

197, 1, ÓT. 21, 1 (AR. I 278), Mg. 1, 1, ÓT. 131, 1; cf. skreyta. Part. pass. glæstr v. infra.

**GLÆSÍDÝR**, n., *animal splendidum*, (glæsa, dýr): g. lauks (mali), navis splendida, splen-dide ornata, Hh. 34, 2.

**GLÆSÍLIGR**, adj., *splendidus adspectu, splendorem præferens*, (glæsa), de flumine, Hh. 267, 1; glæsiligsem roðnust rósa splen-dida rubra instar rosæ, Lil. 25.

**GLÆSÍMAÐR**, m., *vir splendidus, elegans*, (glæsa, maðr) SE. I 532. 536.

**GLÆSTR**, part. pass. v. glæsa, splendide ornatus, splendidus, (vide glestr, gløstr): g. gulli auro ornatus, de nave, Hh. 73, 1, Ha. 227, 2; gl. halli, colore splendidus, splendide coloratus, de nave, Orkn. 81, 7; g. gulli. de femina, Ha. 274; g. hörvi lino ornatus, Korn. 3, 3; epith. navium, ÓH. 157, 1, Mg. 20, 2, Hh. 31, 3 (SE. I 498, 2). 65, 5, Ha. 291, 2; epith. manús, auro ornata, SE. I 404, 1; epith. lecti (bingr), Korn. 19, 2; metaph.: glæstr góðleik, benignitate ornatus, benignissimus, de Sancta Maria, Gd. 10. epith. pectoris, glæstr gollorheimr, Merl. 2, 82.

**GLÆSTR**, id. qu. glæstr: gleatr göndlar himinn splendidus clipeus, Merl. 1, 34; ker, gleat með allri list, summa arte ornatum, elab-*oratum, Mh. 10.*

**GLETTA**, f., *ludibrium*: þat var sett við glettu id ludibrii causa factum est, Ísl. I 248. — 2) *lusus*: geira g., ludus armorum, pugna, Háv. Ísf. — 3) gletta littu, FR. II 29, 1, legendum videtur glettzattu, ne me laccasas, irrites, a glettas við e-n, ÓT. c. 87, F. VI 151.

**GLÆVALDR**, m., Söll. 54, vertitur igni-potens, glævalds gata, via ignipotentis, o: infernus aut æther. Forte glævaldr, dominus lucis, vel effector lucis, (glæ, a glóa, splen-dor, valdr), est sol, et glævalds gata, semita, trames solis, et fella (pro ferla) glævalds götu vestigia solis legere.

**GLEYGGR**, adj., *parrus, restrictus, ad rem attentior* (id. qu. glöggr): sýtir æ gleyggr við gjöfum, Hávam. 48. Negat., cum gen.: gleyggr fugar, parvus fugæ, fugere nescius, intrepidus, Sk. 1, 7.

**GLEYMA** (gleymi, gleymda, gleymt), v. a., *oblivisci, cum dat.; sed in loco vexato Gha. 24 cum gen. construi videtur*: en þá gleymda (ek) jöfura, tum regis (o: Sigurdi Fafneri-cida) oblita sum. Sic Stjörn: Orrinn — gleymir sinnar tegundar ok náttúrligs eðlis.

**GLEYMAZ**, v. dep. n., *latari*, (glaumr): þá munu gleymaz gálausir menn, ok sellifir seggir drekka, Merl. 1, 52.

**GLEYMING**, f., *oblivio*, (gleyma): g. sorga oblivio luctus, de Sancta Maria, Lil. 90.

**GLEYMR**, m., *lasciva garrulitas*, (glaumr): g. við gríðkonur, Hld. 11, 2, vel etiam *lætitia gestiens*, unde adj. allgleymr = allglæðr, Sturl. 8, 13, Eb. 13, et subst. allgleymingr, Sturl. 8, 2.

**GLEYPA** (-i,-ta,-t), v. a., *devorare*, Vafpr. 53, Vsp. 43 sec. membr. 544, str. 37.

**GLÆÐA**, f., *falco milvus*, SE. II 488;



AS. glida, *Angl. glæda, Dan. Glæde (et Glente), Svæc. glada; Lex. B. Halð. glæðra.*

GLÆÐA (glæði, glædda, glædt), v. a., *accendere, succendere, (glóð): meðan glæðat hefir eldr, dum accensus fuit, dum arsit ignis, Skáldh. 7, 32; it. neutr., ardere: eldr glæddi af oddum ignis ex mucronibus arsit, F. VI 84, 1, ut impers. Gullþ.: glæddi or forsinum ignis ex cataracta emicuit; inar glæddu gøtur við prunis obsitæ Söll. 31. 59.*

GLÆÐI, f., *gaudium, lætitia, voluptas, (glæðr), G. 60, vide vangleði. — 2) ludus, oblectatio, de exercitio natandi, F. VII 167.*

GLÆÐILIGR, adj., *splendidus, (glæðr), vel eximius, præstans: glæðiligt gullker, Gd. 7, ubi al. geðligt, bonum, præstans. Construi possunt glæðiligr sólar geisli splendidus solis radius, Lil. 27, sed jungunt g. Gabriel gaudium adferens; glæðiligt jóð proles exoptata, Lil. 33.*

GLÆÐIR, m., *mare, (pro græðir, permutatatis labialibus r, l): glæðis glóð aurum, glæðis glóða (glóðar) býrvar viri, Mg. 31, 1, F. VI 76.*

GLÆÐJA (glæð, glædda, glædt), v. a., *lætum facere, ex hilarare, delectare, (glæðr): von bergstjóra hug, G. 22; báru blikatríðandi glæðr bergstjóra hregg, vir liberalis animum (suum) lætum reddit, i. e. vir delectatur animo, Sturl. 9, 8, 1; g. fyrða homines (carmínibus) delectare, de poetis, F. X 422, 1; g. huginn, corum (præddá) delectare, Fm. 35, Sk. 2, 18. 26. Glæðjaz, recipr., se mutuo delectare (muneribus): vápnum ok völdum skulu vinir glæðjaz, Hávam. 41; pass., delectari: glæddiz flotna fjöl við Fróða mjöl, Höfudl. 17. Part. pass.: glæddir sigri victoria lætus, Ód. 21; glæddir við möð mulso hilares GS. 1, ut glæddir af drykk, F. VI 58; glæddir með miði, F. X 311; drykk glæddi menn, F. II 133. Vide dáðglæddr.*

GLÆÐR, f. pl., a glóð, qu. v., SE. I 506, 5; glæðr, id., II 537, 2.

GLÍKLIGR, adj., *vero similis, (glíkr): glíkligt, veri simile, veri indicium, Am. 26; geta glíkligs probabilem conjecturam facere, ÓT. 130, 4; þikkira mér glíklíkt, Morkinsk. F. VI 447, not. 4.*

GLÍKR, adj., *similis, (líkr, præfixo g; Mæsoq. galeiks, Germ. gleich). Hávam. 46. 131, Gho. 3, Korm. 12, 1, F. III 10, 2, Mg. 20, 2, Ók. 9, 5; vide iðglíkr.*

GLÍÐR, mare, v. glýjoðr.

GLISSA (glissi), v. n., *subridere, irridere, renidere: sá er um verði glissir, qui inter canam renidet, subridet, Hávam. 31. Novo. glise, id.; Svæc. glisa át någon, aliquem risu excipere, nudatis dentibus, ergo id. qu. glotta.*

GLIT, f., *annis, SE. I 575.*

GLITA (-aða,-at), v. n., *renitere, resplendere: glita við skallinn, calovities, calvum caput renitet, Sturl. 1, 13, 3 (GhM. I 433, not. 10).*

GLITNIR, m., *Glitnor, ædes celestis Forseti, Grm. 15, SE. I 78. 102, 2, (qs. coruscans, resplendens). — 2) vatum, sec. interpretationem Raskii: gná Glitnis, dea cæli, sol, Y. 20, ubi Glitnis gná hefir Dyggva reyfr at*

*gamni, sol se delectat tumulo Dyggvöi, i. e. collustrat tumulum ejus; cf. Y. 36, aasetmarr jöfri smenskum gýmis ljóð at gamni kvæðr. — 3) equus, SE. II 487. 571. — 4) vide composita: siglitnir, valglitnir.*

GLITRA (-aða,-at), v. n. et a., 1) *neutr. fulgere, refulgere, GhM. I 432. — 2) act., coruscare gladium, fulgidum efferre gladium: glitra upp sverðum, Eg. 47 (SE. I 532, 3).*

GLJÚFR, n., *rupina, prærupta rupes, alveum amnis cingentes: gljúfra fersull draco, Nj. 73, 2, v. fersull, (gljúfrá a kljúfa fndere, unde kljúfrá = Gljúfrá, nomen amnis, Eg. 84 cum nota h). Sturl. 5, 17, 2 per imesia coherent gljúfr-stræti, stratum præruptorum, scamna prærupti montis, vel etiam antra montana, gljúfrstrætis bestingr, serpens, gljstr. bestingja laut, aurum, ejus stikleðr, viri. SE. I 256, 2 construo gljúfr skeljángs, rupinæ v. prærupta celi, mare, hoc ordine: Bilekirmis gramr, hina er samdi svik, nam rjúfa skeljángs gljúfr, meðan snart grundar fisk með hjarta grandi, dirupit (malled) mare, dum serpentem adtingere conaretur.*

GLÓ, in compos., *vide eygló; glóa, f., vide eyglóa, fagrglóa.*

GLÓA (glóa et glói, glóða), v. n., *fulgere, splendere, coruscare, micare: sól glóar, sol splendet, Lil. 33; gull kná glóa aurum fulget, SE. I 688, 2; glóanda gull, Lil. 3; allr hann við gulli glóir totus auro fulget, Fjölsm. 24; vopn glóa á lopti, sublimia coruscant, micant, F. V 229, 2; góltr glóar gullinbursti fulget verres, Hyndl. 7; gardar glóa of gullna sali septa splendet circa aurea palatia, Fjölsm. 5; horn glóa við himin calum versus elata resplendet, Hund. 2, 36; orms fœx glóa, de auratis rostris, Hh. 62, 1; uppi glóðu elmars typpi, de aureis malorum apicibus, Mg. 20, 2; (hrafstinna) glóði geisla mót, FR. I 470, 2; In prosa: vopna glóðu Hkr. Hk. p. 158; glóaði á, id. Mb. p. 201; glóaði allt í gulli ok silfri, de fano Bersii, Dropl. maj. msc. c. 26; 3. s. præ. ind., gléor, resplendet, GhM. III 348 349. var. 23, cf. tjóa.*

GLÓBARR, n., *frons splendida, (glóa, barr): g. Glasis aurum, SE. I 400, 3.*

GLÖGGHVARMA v. glæghvarma.

GLÖGGR, adj., *parcus, restrictus, tenax: g. við gesti erga hospites, Hymk. 9. — Negat., hugar glöggr, fortitudinis expertus, ignavus, Fbr. 35 (GhM. II 358). — 2) diligens, distinctus, accuratus: glögg grein accurata descriptio, SE. I 714, 3.*

GLÖGGVÍNGR, m., *vir parcus, restrictus, (glöggr). SE. I 532.*

GLÖGGÞEKKINN, adj., *rem accurate nocens, (glöggr, þekka), Hugs. 20, 5; in prosa, Isl. II 341, FR. II 477; Vápa: Þorkell var maðr eigi vel skyga, ok þó vítr ok glöggrþekkin. Subst. glöggrþekki, de deo, Sk. 559.*

GLÓI, m., *nanus, (qs. splendidus, glóa), Vsp. 14. — 2) qui splendet, fulget, (glóa), in compositis, eyglói, hernglói.*

GLÓINN, m., *nanus, id. qu. glói, SE. I*

662. II 470, 3. 553. — 2) in compos., horn-glóina.

GLÓJÖRÐ, *f.*, terra splendida, (glóa, jörð): g. gylfa skíða, navis terra splendida, splendidus mare, hreinn gylfa skíða glójarðar, naclis maris, naris, Ód. 23.

GLÓLISTI, *m.*, limbus splendidus, (glóa, listi): g. lautar, splendidus terræ limbus, mare, birnaandi (brinnaandi) lautar glólista, ignis maris, aurum, Ód. 11, ubi consonant glólista — kristina.

GLÖMMUGR, *m.*, piscis, SE. sec. Cod. Reg. I 579; glömmvgr. II 480; glauummgr, II 623. II 563 non apparet nisi... ngr.

GLÖN, *f.*, insula nomen: hart veltr Glanar heli cingulum Glanæ (i. e. mare) vehementer voluit, SE. Eg. 233.

GLÖNN, *m.*, homo stultus, SE. II 496 (Dan. gløe stulte intueri, = góna).

GLÖP, *f.*, error, (gleþja), vel impedimentum: ein glöþ sækir hvern jarl uinu error hominem quemque adpetit, F. V 200, 1; in eodem str. F. IV 196, eitt mein; = allir eiga glöppaskot á æði sinni semel insanivimus omnes (Lex. B. Hald.). In Grág. I 10, glöþ, *f.*, collective sunt homines legitima præstare recusantes: or várþingi þvi, er glöþin kömr.

GLÖPR, *m.*, homo stultus, fatuus, SE. I 532; glöþr, vanr at grina grönum fatuus, labia distorquere stultus, Hítid. 30, 1; galinn g., Sturl. 8, 2, 1. Vide hrayggviglöþr.

GLÖRÖDD, *f.*, vox splendida, (glóa, rödd): g. hellis gauta, gigantum splendida vox, aurum, þella hellis gauta glóraddar, pinus auri, femina, Orkn. 79, 1.

GLÓSA, *f.*, figura, oratio figurata (Lat. glossa, γλωσσα): gott líf Guðmundar skýrist fyrir setta glósa, Gd. 36; cum art.: guðs orð líkir glósan sverði tropus verbum dei comparat cum gladio, Gd. 35.

GLÓSA (-aða, -at), *v. a. et n.*, explicare, exponere, interpretari: bátrinn blessaðs Petri (þat glósaþ hjórt christni), navigium Sancti Petri, i. e. sancta ecclesia christiana, Gd. 26. — β) ostendere, demonstrare: sem glósa ymnar, quemadmodum hymni (sacræ cantilenæ) demonstrant, Gd. 43. — γ) condere carmen: ljóða háttu, þá er ek hefi nú glósat, Gd. 77; g. saung carmen condere: fyrir innblástr guðligns gaeista glósar hann saung með lángrí prósa, Nik. 76.

GLÖSPÝR, *m.*, splendorem evomens, (gló, splendor, spýfir), Ísl. II 211, 1, quod jungendum cum ranna (quod legendum puto pro tæna, quod in metrum peccat), itaque ranna glöspýfir, splendorem undarum (i. e. aurum) evomens, cum nausea, sordide erogans, vir parvus, avarus.

GLÖSTALLR, *m.*, fulgida sedes: g. fjallreyðar (serpentis), aurum, HR. 18.

GLÖSTR, *id. qu.* glöstr, ornatus, præditus: þöppom glöstr, felicitate præditus, felix, beatus, Plac. 39.

GLÖSTRÆTI, *n.*, via splendida, (glóa, stræti): g. naðrs, aurum, njótar naðrs glöstræti, víri, Ha. 293, 3.

GLÖTKULLIR, *m.*, uter, aqua replatus, Ísl. I 212, *id. qu.* nautabelgr vatnufullr ín

prosa præced., a kyllir, cullens, uter, et glöt, cogn. glæta, humor (Lex. B. Hald.), vel a Dan. glat, levis, nitidus, lubricus; var. lect. glötkyllir, glatkylir, idem innuunt, quin et glegkyllir, a glægr = glær, pellucidus, cf. glæghvarma.

GLOTTA (glotti, glotta, glott), *v. n.*, nudatis dentibus ridere, subridere, renidere, Fbr. 35 (GhM. II 358), cf. Angl. glote, glout.

GLÖTUÐR, *m.*, qui perdit, (verb. agentis a glata): hrannbáls g., qui aurum consumit, erogat, vir liberalis, Mh. 4. In compositis: herglötuðr, hoddglötuðr, menglötuðr.

GLOVIR, *m.*, galea, SE. I 573, 1 sec. Cod. Reg.

GLÖB, *f.*, amnis, SE. I 575. II 479 glöð, II 622 glauð, II 563 non cernitur.

GLÖÐ, *f.*, pruna, candentes carbones, pl. glæðr (glöðr): þar er vísi um-kom glöðum ubi rex candentes carbones adportavit (ædibus ignem subjecit), Ód. 6; regg rindr glöðum í lopt upp ventus candentes favillas in sublime jactat, Mg. 33, 1; glóða garmr, canis carbonum, prunarum, ignis, Ý. 17. — β) pro igne: hafa glöðr ignis fatuus, SE. I 500, 1. II 174, 1, ubi explicatur per wörueidr (minus recte Nj. Vers. Lat. p. 195, not.); in appell. auri: glöðr handa aurum, Hh. 14, 1; glæðr glamma slóðar, (v. gömul), pruna maris, *id.*, SE. I 506, 5; glæðr slóðs aurum, de auratis navium rostris, SE. I 494 3; greipa glöð, ignis manuum, aurum, greipa glóðar Gerðr femina, Korm. 27, 4; in appell. gladii: hlakkar glöð, ignis Lakka (bellona), gladius, SE. I 662, 2; Fjölnis, Odinis, *id.*, Íslid. 14; gunnlátrs glöðr, ignes clipei, gladii, Sturl. 7, 30, 4; hrafna vína, sanguinis, *id.*, hrafna vína glóða hneigendr pugnatores, Íslid. 1. — 2) in compositis: armglöð, hafglöð, harðglöð, marglöð, unnglöð, verglöð.

GLÖÐEIMR, *m.*, ignis amnis, aurum, (glöð, eimr): greppr glödeims, vir, Ag.

GLÖÐFJÁLGR, *adj.*, prunis inclusus, (glöð, fjálgr), epith. ignis: g. sonr Fornjóts, Ý. 47. Nisi sit *id. qu.* glöðheitr, candens, fervens, a Norv. fjelge søg se calefacere.

GLOBHEITR, *adj.*, prunarum instar calidus, fervidus, (glöð, heitr): g. sveiti sanguis calidus, F. VI 409, 1.

GLÖÐRAUÐR, *adj.*, ignis instar rutilans (glöð, rauðr), epith. auri: glöðraut gull, Gha. 2, Am. 13, Ha. 319, 2; ið glöðrauda fè, rufila pecunia, *id.*, Fm. 9, 20.

GLÖÐUÐR, *m.*, qui delectat, (verb. agentis v. gláða), qui muneribus ornat: g. hersa, rez, SK. I 322, 3.

GLÜGG, *n.*, ventus, *id. qu.* glygg, Skáldh. 4, 13, in var.

GLÜGGI, *m.*, fenestra: í glugga nokkurn gjörði at leggja | gull á laun, Nik. 22. Eadem forma FR. II 368.

GLÜGGR, *m.*, fenestra, it. apertura, foramen, Sic. 17 (sic et F. VIII 342), plur. gluggar, sed acc. etiam gluggu, c. art. glugguna. F. IX 55; gedveggar gluggar, fenestra, apertura pectoris, SE. I 662, 2.

GLUMR, *m.*, ursus, (qs. strepens, glaumr, glymjá) SE. I 478.

GLUMRA, *f.*, *gigantis*, SE. I 551, 2 (*strepens*).

GLUMRA (-aða,-at), *v. n.*, *strepere, crepare, clangere, de lorica*: glumruða glymríngar, *Hg. 33, 5, ubi Cod. Fris. col. 69, 30, glumruða a glamra. id. In Sks. de tonitru, glumrandi reidarþrumar, 219.*

GLÚPNA (-aða,-at), *v. n.*, *contristari*: glúpandi tristis, *oppos. gladr, Fm. 31*; þá glúpnaðu, er gleðjas skyldu, *GS. 7þ*; glúpnaðu, en grætu þeygi, *Am. 73.*

GLÝ, *n.*, *lætítia, gaudium*, SE. II 494, „glý (gleði)“; *plur.*: glýja þú nē gádir gaudia non curabas, *Hm. 7*; *AS. gleó, Angl. glee, gaudium.*

GLYGG, *n.*, *ventus*, SE. I 486. II 459, *FR. I 475, 1; dat. s. glyggvi, Hh. 17, 2, F. VI 417, 2. 172 var. 7, ubi in textu glyggi, SE. I 674, 1, sed glyggi, SE. II 628 ex drápa Gnóðar Ásmundar, in his: megn'í gegn glyggi | kvæð grefja tregi | há ft nam hann þat ljúga | hrafnar trautt fjúga; cum artic., glyggit, Skaldh. 4, 13. Glygg náir greiða váð ventus velum explicat, SE. I 694, 1; glyge féll of tyggja, Hh. 18, 1; glyggs salr, ædes ventis, aer, calum, und víðum glyggs sal, sub caelo, in terris, Si. 10, 2; glyggs varðker, receptaculum ventis, aer, ejus viðbotn, terra, *SKÍ. V 18 (ad ÓH. 186, 4); glyggs haudr, terra ventis, calum, glyggs haudrs gramr, rex cæli, deus, Has. 60. In descriptione pugnae: g. eggja, ventus acierum, pugna, Jd. 22; geira, hastarum, id., ejus glymstærir pugnator, Ha. 318, 1; darradar (bellonæ) id., SE. I 664, 2; göndlar (bellonæ), id., SE. I 674, 1; gunnranna þvergarða (testudinis clipeorum), id., ejus Þróttir, præliator, ÓH. 240, 2; vápna g., id., F. VI 417, 2. Vide composita: fleinglygg, rammglygg.**

GLYGGFREYR, *m.*, *deus tempestatis*: g. göndlar veggjar (*scuti*), bellator, *HR. 41.*

GLYGGR, *id. qu. gleygg, glögg, diligenter animum advertens, perspicax, vide compos. fjúlglygg.*

GLYGGRANN, *n.*, *domus ventis, (glygg, rann), aer, it. calum*: gramr glygggrann, rex cæli, deus, SE. I 448, 2; Christus: gættir glygggrannus custos cæli, *Lb. 28, Mk. 21.*

GLYJADR, *adj.*, *latus, (propr. part. pass. v. glýja lætum facere)*: þeygi vel glýjadr non multum læta, *Vsp. 32*; veig vel glýjadr þýja potus probe exhilaratorum servitiorum, *Eg. 44, 2*; grimmliga glýjadr furialiter lætus, *de eo qui publica calamitate lætatur, hann gapir á sjöt manna, gr. glýjadr, de Ingolvo, RS. 5. Vide compos. fáglyjadr, fjúlglyjadr.*

GLÝJADR, *m.*, *qui lætum reddit, (verb. agentis v. glýja), vide evanglyjadr.*

GLYJODR, *m.*, *mare, SE. I 574, 2 (SE. II 479 glyjóvðr; II 562 glýróðr; II 622 glióðr); verb. gleó, glýja, gljá, glía, GkM. III 348.*

